




EX LIBRIS PAULI MENSO



1250 NF
net

Repro. 1/2 ime 1962

trad en vers latins par Jacques LOCHER
ill. Jean LAMBERT (d'après Claudin)


0 1 2 3 4 5
(cm)

Nauis stultifere Collectanea.

Ab Jodoco Badio Ascensio vario carminū genere nō sine eorūdem familiari explanatione conflata.





Nauis stultifera ad lectorem.

Quāq̄ stultiferæ mihi vox est indita naui:
Sana tamen tute mens/mea vela leget.
Non etenim doceo queq̄ insanire: sed hortor
Et moneo insanum: nauiget anticyram.
Multa probatorum porto documenta virorum
Et leuibus præsens mentibus antidothum.
Nec quicq̄ obscœnum nec olenti fornice dignum
Nec fidei inuisum nostra carina tenet.
Carmine sed vario mores induco venustos:
Expellens casto turpia verba modo.

Venundantur Parisiis in vico sancti Iacobi Sub Pelicano
Et in ędibus Ascensianis.

Artificum stultorum ac celeratio.



Iodoci Badii in stultiferas naues præcentus.

Stultorũ numer⁹ qm̃ infinitus habetur:
Ignotũq; potest nemo cauere malum:
Constitui varias stultorum prodere formas
Et leuibus presens moribus antidothum
Nulla supercilio prescribam iussa seuero.
Sed lepido euellam dira venena ioco.
Proinde puer nostras aude spectare carinas
Stultiferas: sed que stulta cauere docent.
Nec senior nostris a nauibus ora mouebit:
Inueniet recipi quo queat ipse loco.
Littora iam vario procurua celeusmate strident:
Et stulti properant vndiq; multimodi.
Sed ne forte morer longo prefamine queq̃:
Appello ripis littoribusq; ratem.

Stultorũ ⁊c. Quoniã inquã stultorũ vt ait eccl'es infinit⁹ ẽ nũer⁹: ⁊ vt ait augustin⁹: malũ euitari neq̃t nisi fuerit p̃cognitũ: cõstitui ex iuẽto d. Sebastiãi Brãt varias stultorũ p̃dere formas nõ tñ oĩs. qr (vt ill' maronis sic mihi sumã) nõ mihi si lĩgue cẽtũ sint oraq; cẽtũ: Ferrea vox: oĩs scelerũ cõprendere formas. Oĩa stultorum pcurrere noĩa possẽ. quas tñ nõ noĩo ad has facile redigas: nullũ ei pctõrũ (quos hic solos carpim⁹) p̃termitto gen⁹: castis tñ v̄bis lubrica ⁊ lasciua taxo: cognoscẽs humane libidinis ĩpotẽtiã: q̃ oũ vitia illa carnalia apte taxari audit poti⁹ ĩflãmat q̃ extinguit. Neq; vero queq̃ p̃serti noĩari ledo: et ĩ magistratib⁹ notãdis etiã parcior q̃ q̃ ante me scripserũt cõperiar. Posset quidẽ op⁹ totũ satyra inscribi: nota tã a satyris dĩs quorũ petulãtia hic noluim⁹ imitari: q̃ a satyra lege q̃ vno rogatu varia sanciebat. Nam vario vtar carminũ genere persequẽs suo ordine oĩa que apud horatiũ aut Boetiũ cõspiciũtur. Neq; vero quicq̃ obscurũ quod nõ illucidarim preterm̃isi: q̃ ne ĩ frõte neglexisse arguar: qr ordo hic patet. ⁊ ex industria p̃tritis vtor vocabulis: sat fuerit paucas elucidasse voculas: Prodere. i. mãifestare cũ occultari velit: aut lege p̃mere. Leuib⁹. i. ĩcõstãtib⁹ qualeshũt stulti: qui tenorẽ vite p̃petuũ cõseruare nequeũt. Antidotũ. i. remediũ q̃ sonat cõtradatũ: qr cõtraria cõtrariũs curari volũt. Supcilio seuero: more p̃hor̃: vñ laudat Esopus apologorũ artifex. ⁊ horati⁹. qr. Oẽ vafer vitiũ ridenti flacc⁹ amico Tãgit. Dira venena. s. aĩor̃: que sunt peccata. Proinde. i. ⁊ ideo. Celeusmate: clamore nautico. Appello. i. admoueo. Sed omnia patent.

Index oim capi. in fine ponetur.

a.iii



QUi libꝛos tyꝛiis veſtit honoꝛibus
Et blattas abigit puluerulentulas
Nec diſcens animum litterulis colit:
Mercatur nimia ſtultitiam ſtipe.

¶ Carmen eſt aſclepiadeū quale in pꝛima ode horatiū conſtans ſpondeo dacthylo cū ſyllaba:ꝛ rurſus duobus dactylis:vltima tñ cōis eſt. Oꝛdo eſt Qui veſtit.i.excolit libꝛos:honoꝛibus.i.oꝛnamētis:tyꝛiiſ s.i.apud tyꝛon inuentis ꝛ pꝛeſtantibus :hoc eſt purpureis:et abigit blattas.i.vermiculos illos nociuos :puluerulentulas.i.aliquantulū puluerulētas:nec diſcēs colit aim litterulis.i.ſaltē puas ſciētijs ſup.mercat.i.emit ſtultitiā.i..nom̄ ſtulti nimia ſtipe,i.mercede:qꝛ opera et diligentia:quibꝰ ſapientiā comparet,

Quid te iſane iuuat ſtipare platōa menādꝛo
Et ius ceſariū ſubdere canonico?
Quid vel ariſtotelem/vel grandia theologie
Uerba polis opibus/ſoꝛdidus ipſe/tuis? Author
Sat ſapio inquis: et eſt mihi bibliotheca parata
Qualis niliacis regibus ante fuit.
Si romana minus: pꝛeſto eſt vernacula lingua:
Qua tono: vix tantum ſtentoꝛa poſſe putes. Stultus
O ſtolide atqꝫ expers veri: ſi foꝛte medelam
Stultitie expectas pharmaca noſtra cape.
Ne te multarū diſturbet coꝛpoꝛa rerum:
Excole te paucis vtilibuſqꝫ libꝛis. Author

Quid te inſane ꝛc. Queādmodū perſius pꝛimā ſatyꝛā ī vanos poetas cōpoſuit:ita ſatyꝛa noſtra initiū ſumit a ſtultis libꝛoꝝ coaceruatoꝛibus:qui plurimos excolunt ⁊ ſe negligunt: quia libꝛos neqꝫ legunt:neqꝫ ſi legerent intelligerent:qꝛ non didicerunt litteras bonas:⁊ quod deteſtabilius eſt diſcere nolūt:placent enī ſibi:qꝫ vernacule terroꝛe pꝛediti inter balbos et ineptulū vulgus famam ſapientiū aſſequunꝛ. Uerum qui ſapiet emet paucos libꝛos et eos vtiles:diligenterqꝫ perdiſcet. Oꝛdo et explanatio eſt. O iſane quid iuuat.i. delectat te ſtipare.i.condenſare et cōpꝛimere platona.i.libꝛos platonis:menādro.i.libꝛis menandri pꝛincipis noue comedie. Eſt aūt imitatio hoꝛatij in ſecundo ſer. Et quid iuuat te ſubdere.i. ſupponere tanqꝫ minus authenticū cū neutrum intelligas:ius ceſariū.i.ciuile:canonico.ſ.iuri. Quid.i.ad quid:polis.i.exoꝛnas vel ariſtotelē.i.artes liberales:vꝉ grādia.i.magni momētiꝝ ba theologie.i.diuini ſmōis:polis īquā tuis opibꝰ.i.facultatibꝰ: exñs ipſe.i. cū ſis ipē ſoꝛdidꝰ.ſ.aīo:reſpōdet ſtultꝰ amatoꝛ ſui ⁊ libꝛoꝝ ſuoꝝ. Ego ſat.i. ſatis ſapio ⁊ bibliotheca.i.libꝛaria eſt mihi parata ſup. talis qualis fuit ante.i.pꝛiꝰ:regibꝰ niliacis.i. egiptiacis nilū accolētibꝰ.ſ. ptolomeo philadelpho cꝰ meminit ioſephꝰ li.xij.⁊ filio eiꝰ.gloꝛiaꝛ ergo ī re friuola. Et addit ſi ligua rōana.i.latina ē mihi ninꝰ.i.nō ſatis p̄ſto.i.parata:tñ ſup.vernacula.i.vulgaris ⁊ quā maternā vocāt ē mihi p̄ſto. Qua.ſ.vernacula ligua tono.i.clamito q̄ſi tonitru ciere volēs ita ſup.vt putes.i. qlibet putet:ſtētoꝛa.i.virū illū cꝰ (vt inqꝫt homerꝰ)hiatꝰ Tantꝰ erat:vociſqꝫ ſonꝰ: ſuper aera vox quātꝰ quīquagīta ſiꝉ quū clamāt oꝛa viroꝝ. poſſe vix tātū.ſ.tonare aut ſonare. Caſtigat authoꝛ. O ſtolide.i.ſenſu pecuino pꝛedite q̄ tibi ob vocē places:atqꝫ expers.i.nullā ꝑtē hñs veri.i.veritatis:ſi expectas foꝛte:qꝛ multi īſani nolūt curari.⁊ p̄cipue tales q̄ ſibi placēt vt hic:q̄ dixit ſat ſapio:medelā.i.curationē:cape.i.vt dicūt recipe nr̄a pharmaca.i.medicamēta:ſūt tñ ꝓpꝛie vnguēta:hoc eſt ſalutarē doctrinā q̄ ſeqꝫtur. Ne copia multarū rerū diſturbet te. Excole te paucis ⁊ vtilibus libꝛis.

Sentoꝛ ⁊ eiꝰ



In suam quisquis redigit crumenam
Ciuium causas: simili statera
Phas nephas pensans: agere in lebetem
Dicitur aprum.

¶ Carmen est quale scd̄m horatiū saphicū cum adonio: sententia tracta est ex vulgari adagio tentonicorū: qui in lebetē agere dicūt pinguē porcū: cū qui per phas et nephas oīa iudicia in suū contorquet cōmodū. Ordo est Quisquis .i. quicūq; redigit .i. conuertit in suam crumenam .i. loculos pecuniarios. hoc est in ꝓpriā vtilitatē: causas ciuiū: pensans simili statera .i. definiēs eodē iudicio: phas et supple nephas is sup. dr̄ scȝ ꝓuerbio vulgari agere .i. ipellere aprum .i. porcū etiā siluestrē: in lebetē .i. in ahenū seu caldarium aut cacabum suum. Hic lebes lebetis vas ereum est.

PEssima stultifere fex et sentina carine
Patres cōscripti: qui rē cumulatis iniquo
Judicio: que vos poterit curare medela:
Uos eteni scitis (vel vos nescire negatis)
Quid phas atq; nephas: propria dū sponte ruatis
Preuisum in baratrū: presenti munere tracti.
O curue in terras aīe et celestiū inanes
Si nihil hinc dabitur/migrantibus in regionē
Extremā/preter virtutū premia/ferre:
Quid struitis celeri linquendū tempore pondus
Auri atq; argenti: terre est quod terra creauit
Discite iustitiā moniti: que ducit ad astra.

PEssima ꝛc. Quia vt Juuenalis ꝓhe docet Oē aī vitiū tanto con spectius in se Crimē quanto maior q̄ peccat habet: merito assi gnat pessimū genus stultitie iniquis iudicib⁹: quorū corruptio oēne ius tam diuinū q̄ humanū inuertit Un̄ vt sanctoꝝ decretꝫ cauet. Omi sollicitudine ac viuacitate veritatis indaganda est causa. Judicātes eī oportet cūcta rimari ꝑ oculis hn̄tes solū deū a q̄ sicut iudicabūt iudicabunt. Neq; iudicādū est exēplis aut opinione alioꝝ sꝫ legib⁹. C. de sen. et inter l. nemo. Peccāt ergo q̄ legū ipiti alioꝝ sequunt in iudicādo sētētiā. Ordo et explanatio text⁹ nr̄i est. O patres ɔscipti. i. iudices sūmi vt patres cōscripti in ordine senatorio olim rome. appositorie fex ꝛ sētina pessima. i. q̄ estis: fex ꝛ sentina pessima. i. perniciosissima sordes carine stultifere: vos dico nō oēs: sꝫ q̄ cumulatis. i. augetis rē. i. diuitias ꝛ opes. iniquo iudicio. s. dādo que medela. i. q̄ cura ꝛ medicina. poterit curare vos. q. d. nulla. q: tales ex certa malitia peccāt. ceterū vos scitis vel negatꝫ vos nescire. i. iactatꝫ vos scire: q̄d phas atq; nephas: cū. s. tn̄ ruatis. i. p̄cipitāter cadatis ꝓp̄a spōte. i. volūtate: in baratrū. i. voraginē et fossam infernalē: preuisum. i. p̄cognitā a vobis: existētes tracti. i. illecti: munere p̄senti. i. fruitione rerū terrenarū q̄bus vtendū est. Et ergo exclamādo dico illud ꝓsianū. O aīe curue. i. incuruate in terras. i. ad terrena ꝛ inanes. i. expertes celestiū. s. rerū. si nihil. i. non aliq̄d si non dabit. s. a deo et natura: migrātibus hinc. i. decētibus ꝑ mortē ex hac vita in extremā regionē: q: vn̄ non est redit⁹ in hanc vitā. si non dabit inquā ferre. s. secū. i. asportare aliquid p̄ter p̄mia v̄tutū (opa eni illoꝝ sequunt illos) Quid struitis. i. conseruatis pōdus auri ꝛ argenti liquendū. s. a vobis celeri tp̄e. q: forte hodie. Jd q̄d terra creauit. i. produxit: est terre q: manet ī terra: ꝛ iō discite moniti. s. a me: īmo ab euāgelio iustitiā q̄ ducit ad astra.

De auarorū besania.



Qui sudore parit bona:
Nec partis nitido gaudet in ocyo:
Multis ille malis sibi
Conseruat cumulum stultitię malę.

¶ Carmē est dicolon distrophon quale tertiū gen⁹ apō horatiū p̄mus enī versus est choriābicus gliconicus trimeter constās spondeo choriābo et pirchio: secūdus est asclepiadeus de quo in primo titulo visum. Taxant hoc loco auari: quorū aliꝗ peccant acquirendo qui proprie auari sunt: aliꝗ in possidendo: quia more canū in terrā defodiūt: et dicūt sordidi ⁊ imūdi: vt contra qui decenter vtunt lauti et splendidi: aliꝗ in non expendēdo: qui tenaces dicunt. hic aūt tāgunt auari cū dicit qui sudore parit bona. Sordidi cū additur nec ptis nitido ⁊c. tenaces cū supaddit ꝯseruat ⁊c. male. q: pniciose multis malis. i. laboribus, vt assuetūq; malo ligurē.

Danda est hellebori multo ps maxia auaris
Nescio an anticyrā ratio illis destinet oēz.
(Nam peccans male auet: neqꝫ quicꝙ stultius illis)
Dijs inimice senex custodis ne tibi desit.
Quid iuuat imensum te argenti pōdus et auri
Furtim defossa timidū deponere terra?
Quo tibi vis auri? Congestis vndiqꝫ saccis
Indormis ihians: et tanꝙ parcere sacris
Cogeris: aut pictis tanꝙ gaudere tabellis.
Nescis quo valeat nūmus: quē prebeat vsum?
Panis ematur: holus. vini sextarius. adde
Quis humana sibi doleat natura negatis.

Danda est hellebori ꝛc. Verba sunt horatij scđo ꝯmonū qb⁹ inu
it auaros maxime insanos ꝛ op⁹ habere plurimo hellebori ad
purgandā insaniā. Nā olim cum fortior esset cōplexio humana
sumebat helleborū ꝑcipue candidū ab his q̄ furorē ex noxijs
humorib⁹ ꝓuenientē purgare vellent: estqꝫ duplex candidū et nigrū: tutissi-
me autē sumebat in anticyra insula. vñ dicit Nescio an anticyrā ꝛc. Quia
peccatum ex quadā auaricia. i. mala cupiditate nascitur sed hic philargy-
riā. i. amorē argēti et auri taxabimus. Ordo est. Pars multo. i. longe ma-
xima: hellebori. i. veratri: hoc est herbe purgantis insaniā: est danda auaris
q̄ sunt maxime insani. eo ꝙ in nobis vitia decrescūt oīa solā ꝑter auariciā. Helleborū
et nescio inq̄t horati⁹ an ratio destinet. i. addicat illis oēm anticyrā. i. totum
helleborꝫ qđ in anticyra nascit. affero rationē. Nam peccans. i. quisq̄s pec-
cat: auet. i. cupit male. i. ꝑuerse ꝛ ab auēdo dicta est auaricia: neqꝫ quicꝙ est
stulti⁹ illis vide flaccū scđo ꝯmonū. O senex: q̄ senij ꝑcipue vitiū est Vñ i arte
de sene dicit. Querit et inuentis miser abstinet et timet vti. inimice dijs vel q̄
misereri qđ propriū est deorū non vult: vel quia dijs iratis videtur natus
cum laboret et fructum laborum non percipiat. quia vt seneca dicit. Tā de-
est auaro quod habet ꝙ quod nō habet. tu custodis. s. anxie res tuas: ne de-
sit tibi: et ea est dementia senū: qui quo min⁹ restet vie eo plus querunt viati
ci. Vñ dicit idē pri. ser. Quid iuuat. i. delectat te timidū ꝓ furibus: deponere
furtim. i. furtiue aut clanculū: aut ideo quia pauperū sūt sup̄flua. sup. in ter-
ra defossa. id est aperta fodiēdo: imensum pondus auri et argenti. q. d. nihil
Quo. id est ad quid seu ad quē vsum est sup. tibi. Vis. i. magna copia auri?
Tu ihians. i. auiditatē hiatu ostēdās. indormis. i. icubas saccis. s. pecuniarꝫ
cōgestis vndiqꝫ. i. ex omi loco ꝛ oi re: q̄ vt dicit Iuue. Vñ hēas nemo q̄rit
sed oportet habere. ꝛ tu cogeris. s. ab auaricia tua: ꝑcere. s. pecunijs tanꝙ sa-
cris quorꝫ vs⁹ interdicit prophanis: aut gaudere tanꝙ tabellis pictis: solū

aspectū referens. Nescis quo.i.ad quid valeat nūm⁹.i.pecunia ad numerādū accōmodata:et quē vsum.i.quā vtilitatem prebeat? q.d. si nescis:ad hoc valet vt panis emat̄ et holus ꝛ sextarius.i.modica mēsura vini:adde sup.et ea q̄bus negatis:natura hūana doleat:vt sunt:amictus et ligna.



Quid tibi vis mollis passercule? fœminina quid vult
Figura vultus? Cur tyara fronti?
Quid madido spirant opobalsama densiora collo.
Marē ne factum te pudet cinede?

¶ Carmē est quale q̄ntū gen⁹ apd̄ flaccū:de quo satis ample perottus. Hec tyara vel hic tyaras Phrygiū cooperimentū capitis. Opobalsama succus balsami. Cinedus pathicus. Vide Iuuenalē.

QUid tibi vis inquā stultissime: cur muliebrē
Inducis speciē: nū pudet esse marem:
Cur defers pathici speculum gestamen othonis:
Actoris arunci nū spolium esse putas:
Brachia cum duo sint manice cur quattuor extant:
Cornua cur fronti: cur bouis ora pedi:
Cur vulpina tuo dependet cauda lacerto:
Cur pluma est capiti: nū pudet esse hominem:
Cur germane tuum nudant multitia corpus:
Cur tua tot tunicis robora galle premis
Cur mihi tam variis vt vincas ꝓthea formis
Et coriū et pānum dilacerare iubes:
Cur de fungorum nunc te vis stirpe putari
Nunc caput argutum prodis vt acris equi: Argutū subtile: breue.
Desine multiplici te monstrum fingere forma
Fluctiuagumqꝫ animum ꝓdere veste tua.

QUid tibi vis inquā stultissime: qꝛ sic̄ pricipiū fuit ī supiori carmīe addo inquā: qꝛ ꝟo ordo facilis est exponaȝ dūtaxat voca bula: nū.i.nūqd pudet scȝ te eē marē.i.masculū. Othonis pathici.i.libidinē more muliebri patiētis: est aūt ex iuuenale sūptū q̄ dicit satyra scd̄a. Ille tenet speculū pathici gestamē othonis actoris arūci spoliū q̄ se ille videbat armatū cū iā tolli vexilla iuberet. Is aūt otho erat īpator rōan⁹ q̄ galbe successit hō mollissim⁹ corpe vulso ꝛ faciē q̄tidie rasitare ꝛ madido pane linire suet⁹: vn̄ ꝛ speculū secū tulit vt Turn⁹ apud maronē dr̄ gestasse hastā actorꝫ arūci spoliū: ꝟba maronis sūt li.xii. Exin q̄ mediīs īgēti adnixa colūne Edib⁹ astabat validā vi corripit hastā actorꝫ arūci spoliū: q̄ssatqꝫ tremētē vociferās. Quero ḡ nū putes speculū illd̄ eē spoliū actoris arūci fortissimi illi⁹ viri: qd̄ est othonis pathici: Manice q̄ttuor: qꝛ due dependēt: due brachia vestiunt vt quadrupedes imitenẗ. Cornua qꝛ coopimēta capitū cornuta hn̄t. ora bouis pedi: qꝛ calceamēta gerūt illoꝝ īstar. vulpina cauda: qꝛ pelle vulpina īuersas fimbrias ꝛ ī dorsū demissas gerūt. nū pudet esse hoīem qꝛ imitaris pecudē. Vn̄ potius dico hoīem q̄ viꝝ licet ꝟsus mollior sit. Germani alemāni. multitia mollia indumenta vt q̄ pellucida totū corpus ostentāt. robora robusta membra. De ꝓtheo vide quartū georgi. Fungus hȝ caput maius reliquo corpore vnde habentē pileū latissimū plautus de genere fungoꝝ vocat.



Pes alter tumulo iam mihi figitur
Et corpus gelido ſanguine contremit
Senſus deficiunt me
Sed mens ſtulta manet mihi.

¶ Carmē eſt quale quintū gen⁹ apud horatiū tricolon tetraſtrophon: duo pmi verſus ſunt aſclepiadei. Tertius pherecratius conſtans ſpondeo dacthylo ⁊ ſpondeo. Quartus gliconi⁹ conſtans ſpondeo ⁊ duob⁹ dacthylis. Senſus deficiunt. i. derelinquūt ⁊ deſtituūt me: ſed mens ſtulta: aſſueta videlicet voluptatibus ⁊ vitijs: manet mihi: q: cū poteſtas peccādi deficiat pmanet tñ pverſa voluntas: de qua in ſequēti carmine dicent plura.

EN ego delirus. capularis. terga recuruus. Senex delirꝰ
Obrepēs quadrupes gemīo icūbēs scipiōi
Cui pes in tumulum iāpridem figitur alter:
Lumina cui geminas ostentant egra lucernas:
Cui nares stillant: oculi flent: tactus oberrat:
Aures surdescunt: sapiens sed lingua palato
Regnat adhuc hudo: cui lurida pro cute pellis
Corrugat faciem: cui plurima tussis anhelum
Carnificat pectus: cui surgere muto recusat
Cui tm̄ in linguam virtus est fusa dicacem:
Quod facere haud valeo. facinꝰ fecisse pudendū
Exulto: facile est consueta relinquere nulli.
Proinde puer tenerā virtutibus imbue vitam. Author

EN ego. Ut ex titulo patet: scribit in antiquos fatuos: i quos dictū ē illd ezech. vij. Peribit lex a sacerdote ⁊ ꝯsiliū a senioribꝰ. Et illd esaie. lxv. Puer centū annoꝝ morieť: ⁊ pctōr cētū ānoꝝ maledictꝰ erit. Is aūt cētū ānoꝝ puer ē q pueriles stultitias i senio qñ lōge ꝑiculosiores sūt exercet. quales erāt ꝑsbyteri illi danie. xiij Ad quoꝝ alteꝝ illic dr. Inueterate dieꝝ maloꝝ: nūc venerūt pctā tua: q̄ opabaris priꝰ. Uerū vt carmīa nr̄a sub ordine paucis explanē: ordo ē. En ego ⁊c vsq; i penultimū versū: exulto fecisse facinꝰ pudēdū. i. turpe: qd haud. i. non valeo facē sup. āpliꝰ aut mō. ego inq̄t exñs delirꝰ. i. īsanꝰ ꝑserti ex senio: vt q̄ q̄si extra lyrā diuagās i ꝓposito ꝑsistere neq̄o. capularis. i. vicinꝰ capulo. i. feretro seu capse q̄ capiūt q ad sepulturā deducūt (vñ plau. talē vocauit senē capularē. Capulꝰ aūt etiā ē manubriū q culter aut mucro capit manu: sz sic nō capit hic.) recuruꝰ terga. i. hñs terga īcuruata: obrepēs q̄drupes. i. vt q̄drupes vtpote īcūbēs scipiōi. i. baculo gemīo vtpote ab vtroq; latere. Cui alter pes figit iāpdē. i. iā a plusculo tpe in tumulū: ⁊ cui lumina egra. i. oculi senio caligātes: ostētāt lucernas gemīas q tñ simplices sunt: ⁊ cui nares stillāt. i. stillā demittūt: ⁊ ocli flēt: ⁊ tactꝰ oberrat ꝓpť debilitatē visꝰ: ⁊ cui aures surdescūt. i. sūt aut fiūt surde: sz ligua sapiēs. i. bñ dinoscēs adhuc sapores: regnat adhuc i palato hudo: q frequēti potu irrigato: vñ comicꝰ visa ē aq̄le senectꝰ. cui pellis lurida. i. obscena exñs ꝓ cute. i. bñ curata ⁊ succi plena corrugat. i. trahit i rugas faciē: cui tussis plurima. i. frequentissima. carnificat. i. more carnificū dilacerat: pectꝰ āhelū. i. frequenter āhelās. Cui muto. i. mēbrū virile: vt i ser. horatij: recusat surgē. i. arrigē se. cui virtꝰ ē fusa tm̄ i liguā dicacē exulto ⁊c. q nulli ē facile relinq̄re consueta. Unde addo: ꝓinde. i. et ideo o puer imbue. i. itinge ⁊ īstitue vitā tenerā virtutibꝰ q vt dicit flaccus Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu.



Rides insipiens si tua pignora
Post ludum vetitum se gladiis petunt:
Et nescis iugulũ ꝙ subito tuum
Iisdem mox gladiis petent.

¶ Carmẽ est quale sextũ genus carminũ horatij dicolon tetrastrophon dicolon q: duo cõtinet mẽbra: tetrastrophon: q: post quartũ fit cõuersio ad primũ. Tres enĩ primi versus sunt asclepiadei de quibus dictum est titulo primo. Quartus est gliconius constans spondeo et duobus dactylis cum syllaba: sed et aliter metiri potest. Scribitur in stultos parentes liberorũ illicitos ludos et peiora certamina dissimulantes. in quos iã plura dicã. Ordo est. O insipiens tu rides si pignora tua. id est filij tui: petunt id est inuadunt se scilicet mutuo. post ludum vetitum: et nescis. id est non animaduertis ꝙ petent subito: mox .i. paulo post tuum iugulũ. id est guttur: ijsdẽ gladijs quibus inter se certant.

Ecce vides ludũ non pulchrũ ludere natos.
Mox quoqꝫ districtis mucronib⁹ insidiãtes
Alterum in alterius iugulum: rides. subitoqꝫ
Dissiliunt fatuo precordia larga cachinno.
Scilicet egregios bellatoresqꝫ superbos
Mox euasuros: gaudes. verum toga nondum
Festinis dabitur: iugulum quãdo ense paternum
Inuadent stricto. prohibe mala tanta monemus
Dum datur: et facili curuetur virgula flexu.
Percute mature rigidis tua pignora virgis
Non facies istis letalia vulnera telis.
Ast animam illoꝝ propriamqꝫ exemeris orco.

Ecce vides ⁊c. Scribitur vt ex titulo patet in stultos parentes nimis filijs suis indulgentes: vtpote qui dissimulãt dum alea tabulis aut chartis ludũt: ⁊ mox se mutuis gladijs petunt quibus paulopost fortasse patrẽ dissimulatorẽ illum sunt petituri Stultus autẽ est talis amor ⁊ stulta indulgẽtia: q̃ vt dicit puer. xiij. Qui parcit virge odit filium suũ: qui autẽ diligit illum instanter erudit. vnde est plebeius versiculus. Qui parcit virge pueꝝ non diligit ille. Hinc etiã dicit prouer. xxiij. Noli subtrahere a puero disciplinã: si enim percusseris eũ virga nõ morietur. Tu virga percuties eũ: ⁊ animã ei⁹ de inferno liberabis ⁊c. Multa quoqꝫ silia passim legimus ⁊ multa exempla de ijs q̃ neglexerunt liberos castigare: quorũ postmodum meminero. Ordo autẽ hic est. O cece tu vides. dicas si cecus est quõ videat? cecus quidẽ animo: sed videt oculis exterioribus: cecus est per dissimulationem eius q̃d aperte videt. dictũ aũt est sicut a comico: tu quod scis nescis: natos .i. liberos tuos: ludere ludum non pulchrũ .i. illicitũ: et tu rides quoqꝫ mox .i. paulopost insidiãtes alteꝝ in iugulũ alterius mucronibus .i. gladijs districtis .i. euaginatis: et precordia .i. pellicule vicine cordi in q̃bus est sedes affectionũ: dissiliũt .i. in diuersa saliunt: cachinno fatuo .i. risu immoderato ⁊ stulto. Scilicet tu gaudes natos euasuros mox egregios et superbos bellatores: verũ .i. sed toga .s. virilis q̃. xiiij. anno dabat: Nondũ dabit eis festinis .i. festinantibus: quando inuadẽt ense stricto iugulũ paternũ .i. tuũ q̃ pater es. Nos monemus ꝓhibe tanta mala dũ dat .i. cõceditur. ⁊ dũ virgula .i. puerilis etas: curuetur (si velis) flexu facili. Percute mature .i. tẽpestiue: pignora tua .i. liberos tuos virgis rigidis .i. asperis. tu nõ facies istis .i. istiusmodi telis: videlꝫ virgis vulnera letalia .i. mortifera. Ast .i. sꝫ tu exemeris orco .i. ĩfero aiam illoꝝ scꝫ pignoꝝ aut liberorũ tuorũ ⁊ ꝓpriam .i. tuam ipsius aiam.



Linguam causidici dum vendunt ęre loquacem:
Atq; cient lites onerosas:
Partibus ambabus perspecta fraude premuntur:
Vt sub binis grana molaribns.

¶ Carmē est quale septimū gen⁹ apud horatiū dicolon distrophon. Primus eñ versus ē hexameter heroicus seu satyricus. Scđs ē dactilicus alcmanius tetrameter acathalecticus. Nā quattuor heroici carminis pedes habet: quoꝝ tres primi indifferēter sunt dactyli vel spōdei vel mixti Tercius tamē fere est dactylicus et quartus spondeus. Scribitur in eos q̄ imprudēter rixas ⁊ discordias serūt aut ad litē seu cōtētionē ꝓuocant vt ide lucrētur Nā sepe cognita fraude ab vtrisq; opprimūẗ: vt qui se inter molares īmiserit. Est autē teutonicū adagiū: nō tute inter molares aut inter corticē et arborē interseri manū: in eos qui litibus alienis se intromittūt. Ciere est prouocare. Maro Bella cient. Cetera patent.

PRouoco sepe malū: litemq͡ʒ inflāmo sopitam
Nam possum vnanimes armare in ꝑlia fratres
Atq͡ʒ odiis versare domos: possū horrida bella
Excitare leui dum reges flecto susurro
His vltro assentor: q̄uis nil stultius extet.
Illis aduersor vel cum verissima dicunt:
Consilium prauum do consultoribus: & cum
Corruerint largo saliunt præcordia risu.
Sed velut immensum qui torsit in aera saxum
Nec caput insulsum veniente retraxit ab ictu
Mole sua opprimitur: propria sic angor ab arte
Nec possum a simili stultos auertere casu.

PRouoco sepe malum. Uerba sunt stulti maliciosi litium amatoris qui exultat cum male fecerit: non preuidens casum suum: quia fere insidiarum structores incidunt in foueas quas fecerunt: vnde ꝛ in mimis publij apud A. gelliū legimus. Consiliū malū cōsultori pessimū est. In hoc grege sunt oēs delatores falsarij et mali susurrones: oēs assentatores puersi: a quibus principib9 summopere cauendū. q2 vt dicit puer. xxix. Princeps qui libenter audit verba mēdacij omnes ministros habet infidos. Ordo est. Ego peruersus ꝛ exceptus a malicia mea prouoco sepe malū: quia vir insipiens fodit malum. ꝛ inflāmo litem sopitam. i. pacatam: vnde additur. ꝛ in labijs eius ignis exardescit. Homo peruersus suscitat lites ꝛc. Nam possum (id Maro Eneid. vij. sic Tu potes ꝛc.) armare in prelia fratres vnanimes scilʒ prius atq͡ʒ versare id est disturbare domos id est familias odijs. Ego possum excitare. (Producitur autem ci sicut Eneid. iij. Excitum ruit ad portus. est ergo a cio.) bella horrida id est horrenda: dum flecto reges leui susurro id est occulta inspiratione. Ego assentor id est adulor his. i. quibusdam vltro id est non rogatus ab eis: q̄uis nil extet stultius sup. ipsis. et ego aduersor illis id est alijs: vel id est etiam cum id est quādo dicunt verissima. Ego do consultoribus id est consilium petentibus: prauum consilium: ꝛ precordia scilʒ mea saliunt sup. mihi largo risu cum id est postq͡ʒ consultores corruerint. Sed velut id est quemadmodū qui torsit in aera supra caput suum saxū immensum nec retraxit caput suum insulsum ab ictu veniente opprimitur mole sua id est a se iacta ꝛ emissa sic ego angor id est opprimor: ab arte propria: nec tamen possum auertere. i. prohibere stul os a casu simili: quia multos habet sequaces: ꝛ iuste fit vt in foueam quam tales fecerint cadant.



Consilii probati
Spretor: est stulti similis: qui properans arando
Inuia saxa sulcat:
Et bonas terras inaratas stolidus relinquit.

¶ Carmen est quale octauũ genus apud flaccũ dicolon distrophon. Primus versus est choriambicus monometer aristophanius: constans choriambo ⁊ amphibracho siue bacchio: aut si mauis dactylo: iambo ⁊ spondeo seu trocheo. Secundus est choriambicus trimeter saphicus: constans epitrito secundo duobus choriambis ⁊ amphibracho siue bacchio hoc mõ: spretor est stulti similis: q̃ properãs arando. Potest taliter metiri vt cõstet trocheo: spondeo: dactylo: spondeo anapesto ⁊ bacchio. Similis stulti q: de moribus loquimur per genitiuum. Inuis saxa per que nulla patet via.



Nuia cur sulcas: & inhospita littora stulte?
Huc ades: hic fructum spondet opima seges.
Quo periture ruis? placita est via forte sub ipsa
Fronte: sed interitum calce datura grauem.
Huc stolide inquam adsis? ridesne salubria verba?
Ah demens quantus iam mihi risus eris.
Nunc rides rectos qui monstrant indice calles
Sed mox æterno flebis in exilio
Si via virtutis dextrum petit ardua callem:
Difficilemq; aditum mõstrat ab initio:
At requiem prebet fessis in vertice summo.
Cum via sub baratri ducat amena lacum.



Nuia cur sulcas. Uerba fiunt ad stultum qui volens ⁊ sciens tẽdit ad interitum contẽnens salutaria sacre scripture monita. Ordo est o stulte. cur sulcas. i. findis ⁊ aras littora inuia. i. in quibus nulla ẽ via ⁊ inhospita. i. que nemini patẽt hospitio: ades. i. aduenias huc . i. in hanc partẽ vꝫ dexteram: seges. i. terra (vt in geor. Illa seges demũ votis respõdet auari. Agricole: bisque solẽ bis frigora sen tit) opima. i. pinguis spondet. i. pollicet̃ hic. i. in hac parte fructum scꝫ futurũ. O piture quo ruis. i. preceps abis: Uia sup. quem tenes est forte pla cita sub ipsa fronte. i. in primo aspectu sed datura. i. que dabit calce. i. in fine: gra uem interitum. i. ruinam. (q2 dr puer. xiiij. Est via que videt̃ homini iusta: nouis sima autem eius deducunt ad mortẽ.) Cum aũt per fantasiam stultus reuocari nequiret q2 vt ibidẽ dicit̃. Sapiens timet ⁊ declinat a malo: stultus trãsilit ⁊ ꝯfidis (ideo adit̃) Inquam. i. dico tibi o stolide insensate ⁊ ad pecuniũ senium accedens ad sis huc. i. in hanc partẽ. Ille vero ridere fingit̃ iuxta illud puer. i. Despexistis omne consilium meũ ⁊ increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu ve stro ridebo ⁊c. Unde additur. ridesne. i. deridesne. V̄ba salubria. i. salutaria. Ah de mens quantus risus eris iam. id ẽ statim mihi cum irruerit repentina calamitas Tu rides nunc eos monstrant tibi indice. i. digito indicãte: calles. sed flexis mox . i. paulo post: in exilio. s. a patria celesti: eterno: q2 ab inferno nulla est redemptio sedet eternumq; sedebit. Infelix theseus ⁊c Si via ⁊c. Id tractũ ex opusculo ma ronis de littera pythagore vbi sic dicitur. Nam via virtutis dextrum petit ardua callem difficilemq; aditum primum spectãtibus offert. sed requiem prebet fessis in vertice summo. Molle ostentat iter via lata: sed vltima mẽta. Precipitat captas voluptas soluitq; per ardua saxa. Quisquis enim duros casus virtutis amore Ui cerit: ille sibi laudẽq; decusq; parabit. Ad q̃d desidiã luxũq; seq̃t inertẽ. dũ fu git oppositos incauta mẽte labores. Turpis inopsq; simul miserabile transigit euũ ⁊c. Dico ergo. Si. i. tametsi via virtutis ardua. i. difficilis petit dextrum callẽ ⁊ monstrat ab initio difficilem aditum. at. i. attamẽ ipsa prebet fessis id est ijs qui ad finem vsq; legittime certauerint: requiem in summo vertice. Cũ via amena. i. delitiarum ⁊ voluptatum ducat in lacum baratri. i. voraginis infernalis.



Nouis & amplis vestibus indico
Mentis stuporem: stultitiæ trahens
Insigne gestamen: sonora
Tympana: cũ auriculis aselli.

Nouis. Carmen est quale nouum genus apud flaccum tricolon tetrastrophon primi duo versus sunt dachtylici alchaici trimetri catalectici. Constant enim duobus iambis vel spondeo et iambo cum syllaba et deinde duobus dachtylis Tertius est iambicus archilochius dimiter hypercata lectieus: constans iambo vel spondeo iambo. spondeo ꝛ iambo cum syllaba. Quartus est dactylicus alcmanicus tetrameter co stans duobus dactylis ꝛ totidem spondeis sed tertio loco frequenter iambum recipit. Ordo est ego indico. id est prodo stuporem. i. inconstantiam mentis vestibus nouis. i. insolito modo formatis ꝛ amplis id est sumptuosis: trahens scilicet post me: gestamen insigne stultitie scilicet tympana sonora et auriculas aselli.


Eu q̄ difficile est prauos euellere mores
Mentibus ortorum claris natalibus: atq̃
Perspicuis opibus: siquidem sibi seua libido
Cuncta licere putat. Pars ampla veste quaternis
Quae sat erat miseris delassant mollia membra.
Pars digito gemmis onerant: pars colla cathenis
(Ne torques dicam) nectunt gestamine furum
Pars facibus solem conantur ab orbe fugare:
Pars noctem insomnem meretricis ad ostia ducunt
Pars inhiant ludis vetitis: pars potibus amplis.
Nemo studet sophię: nec moribus vllus honestis
Sicq̃ insigne trahit stultorum ignara iuuentus:
Terrenis contenta bonis vel perniciosis.
Vita igitur leuium consortia praua potentum.


Eu q̄ difficile. Argumentū huius tituli differt a titulo quarto q̄ illic taxati sunt molles effeminati ꝛ leues: hic pomposi ꝛ prauis moribus corrupti: illic manifeste stulti: hic ad stultitiam properantes. Ordo est heu q̄. i. quantum difficile est: euellere. i. extirpare mentibus ortorum. i. natorum ꝛ ꝓductorum: claris natalibus. i. nobili stemmate ꝛ generosa ꝓsapia: atq̃ perspicuis opibus. i. habētibus excellentes opes siquidē: i. quia seua libido. s. diuitum putat cuncta licere sibi Pars. i. ipsi partim delassant. i. vsq̃ ad defatigationem onerant mollia membra scz sua veste ampla que erat satis quaternis miseris. s. pauperibus. pars onerāt digitos gemmis. i. lapillis preciosis. pars nectunt colla cathenis (ne dicam torq̄s que sunt insignia equitum) appositorie gestamine furum. i. que cathene solent esse gestamen furum quando ad suspendium trahuntur. Pars conantur fugare solem ab orbe. i. vincere lumen solis: facibus. s. ante noctem accensis: pars ducunt noctem insomnem ante ostia meretricis. Pars inhiant. i. auide incumbunt ludis vetitis. scilicet tessare seu alee. Pars inhiant sup. amplis potibus. i. ebrietati. nemo studet sophie. i. sapientie. Bene autem media vt etiam a grecis corripitur: nec vllus supple studet honestis. id est ꝓbatis ꝛ decentibus moribus. Sicq̃. i. ꝛ ita iuuentus ignara. i. imperita rerum: trahit. s. ad se. id est paulatim induit insigne stultorum. i. paulatim euadit in stultos: contenta bonis terrenis vel. i. etiam perniciosis. Igitur vita consortia praua potentum. i. diuitum: leuium. i. inconstantium. quia graues licet diuites vitari non deberent. Raro tamen fida contrahitur societas vbi maxima fortunarum est disparitas. Unde etiam puellis consuluit naso. Si qua voles apte nubere: nube pari.



¶ Quisquis insolentior
Furore raptus impio: nephandam
Incutit manum bonis
Grauem videntibus petit ruinam

¶ Quisquis &c. Carmē est quale decimū genus apd horatiū dicolon distrophon primus em̄ versus est dimeter iābicus archilochius acalecticus. Cōstans amphimacro & duobus iābis siue altero spōdeo. Aut tribus trocheis & syllaba. Seqns trimeter iābicus hipponactius catalecticus. habens quinqȝ iambos cū syllaba. Ordo est: quisquis id est quicūqȝ insolentior scȝ ꝗ deceat esse: raptus .i. pcitus. furore impio incutit bonis .i. innocentibus manū nephandam: is sup. petit sibi a videntibus grauē ruinam .i. exitum vite. Quia vt dicit Iuuenalis Ad generū cereris sine cede & sanguine pauci. Descendunt reges & sicca morte tyranni.

SI dea ceca tibi subiecit regna virosq

Quos regis hos hoīes non pecus esse puta

Nec miti seuam populo distringe securim

Era nec a miseris grandia posce casis.

Nam quicunq bono colaphum malus incutit vlli

Omnibus ille bonis inuidiosus erit

At metus insidiis subiectus: pessimus egre

Est vite custos: nec sinit esse diu.

Proinde puer fidos vite probitate sodales

Quiq colant dominum sponte fideq para

Effice præclara pretio virtutis amicos

Qualis tam raros græcia concelebrat.

SI dea ceca. Hec satyre pars in eos inuehitur q̄ insolenter potentiā exercent in subditos cū tñ scriptū sit Sap. vj. Potentes potenter tormenta patientur Nichil aūt insolenti⁹ est seruo aut hūili loco nato cū regnare ceperit. vñ puer. xxx. Per tria mouet̄ terra: ⁊ quartū qd̄ nō pōt sustinere. Per seruū cū regnauerit p̱ stultū cū saturat⁹ fuerit. ⁊ p̱ odiosam mulierē cū in matrimonio fuerit assumpta. Et per ancillā cū fuerit heres dñe sue. Ordo ē. Si dea ceca. i. fortuna q̄ ab ethnicis putabat̄ dea. ceca aūt: qꝛ nō respicit quos exaltet: qꝛ fortuna imeritos auget honorib⁹. iustos illa viros pauperie p̄mit ⁊c. subiecit tibi regna ⁊ viros: puta. i. existima hos quos regis esse hoīes nō pecus. i. hūane tracta: nec distringe. i. nō euaginare securim seuā: populo miti. i. benigno ⁊ nō rebelli: nec posce. i. ⁊ nō exige: grādia era. i. grādē pecuniā: a casis miseris. i. miserorꝝ. Nā q̄cūq malus. i. malign⁹ icutit vlli bone collaphū. i. baculū: ille erit iuidiosus. i. molest⁹ ⁊ odiosus: oībus bonis qꝛ q̄ vni hoī facit iniuriā multis minat̄. Sane iuid⁹ capit̄ actiue inuidiosus passiue. iuidus est q̄ iuidet inuidiosus cui a multis inuidet̄. At. i. sꝫ metus subiectus insidijs (qꝛ quē multi timēt oderūt: ⁊ quē oderūt expetūt perisse: vt est apd̄ Ciceronē videre) est pessim⁹ custos. i. cōseruator vite egre. i. multis miserijs subiecte: sed potissimū illi⁹: q̄ a multis timet̄: qꝛ necesse est vt ⁊ multos timeat: vt Dyonisio tyranno bñ ꝯstitit: nec sinit. i. nō patit̄ eū sup. esse diu: qꝛ spūs tristis desiccat ossa: ⁊ oīs potentat⁹ breuis est vita. Et vt dixi Ad generū ceteris. i. ad plutona descendūt pauci reges sine cede: ⁊ pauci tyranni morte sicca. i. sine effusione sanguinis. Ut iulius cesari: vt nero: vt domitian⁹ ⁊ fere aliȷ̄ omnes. Proinde. i. ⁊ ideo: o puer (qꝛ senex stultus incorrigibilis est) para. i. cōpara p̱bitate. i. p̱ p̱bitatem vite: aliter em̄ acquiri nequeūt: sodales fidos: ⁊ q̄ colūt dñm. i. te si fueris eorꝝ dñs: spōte. i. voluntarie ⁊ fide. i. fideliter. Effice precio preclare virtutis amicos sup. tales qualis gretia cōcelebrat tam raros: vt sunt theseus ⁊ perithous. Achiles ⁊ patroclus. Pilades ⁊ orestes. ⁊ demades ⁊ pythias. Apd̄ troianos Nisus ⁊ eurialus. Apud romanos Lelius ⁊ Scipio.



Sunt qui pneuma ſacrum cornigero ſingula principi
Dictauiſſe putant verba: nec hinc demere litteram
Audent vel minimam: ſtultitiam quorum ego maximam
Sic taxo vt vetulæ quæ ſuperos narrat & inferos.

¶ Carmen eſt quale vndecimū genus apud Flaccū. Monocolon. i. vnius membri: q2 oēs verſus ſunt choriambici pentametri alcaici cōſtantes ſpondeo: tribus choriambis qui conſtant ex prima ⁊ vltima longa ⁊ duabus medijs breuibus et perhichio: qui ex duabus fit breuibus: ſed vltima cōis eſt. Poſſunt etiam aliter metiri: vt conſtent ſpondeo dactylo ⁊ ſyllaba. item choriambo ⁊ duobus dactylis Ordo patet. Cornigero principi id eſt moyſi duci iſrahelitarum dictauiſſe id eſt pnunciaſſe per inſpirationem: vt vetule repete taxo ſtultitiam: que narrat ſuperos ⁊ inferos: quia vtroſq3 fabuloſos cenſent increduli.

ESse'aliquos manes et subterranea regna
Et contū: et stygio ranas ī gurgite nigras
Atqꝫ vna transire vadum tot milia cymba
Nec pueri credunt nisi qui nondum ere lauantur.
Quis superos vidit: cui sunt celestia regna
Peruia: qui genesis cunctorum cognita mosi:
Nū deus vt miseros eternus torreat ignis
Protulit infernum: nū celo vt terrea donet
Corpora deiecit celestia numina: nunquid
Js superis labor est: credat iudeus apella
Non ego: namqꝫ deos didici securū agere euum
Attamen insanum pecus et mens luminis expers
Eternos ignes post fata: fatebere sero.

ESse aliquos manes ꝛc. Verba quattuor carminū sunt iuuenalis recitātis turpiter viuētiū īcredulitatē q̄ huic loco vbi ad partes citamꝰ sacrilegos ꝛ blasphemos ꝺiꝛ sacre scripture ꝯtēptores: sūt ei tā duri ꝛ īcreduli nōnulli vt nihil qꝺ nō viderit credāt ꝛ ita sacrā scripturā dicāt ad terrorē excogitatā: qꝛ error oīm ꝑniciosissimꝰ qꝛ ꝛ se ꝛ oēs sequaces ad eternos ignes deducūt. Necꝫ ꝟo ꝯstitui authoritatē biblie ꝯprobare cū ipa ꝟtꝰ dixerit ne apicē q̄dē vnū ꝑiturū. Qui vero xp̄m ꝟitatē negāt aut dei filiū iā iudicati sūt: ꝛ turchis detestabiliores: imo ꝛ demoībꝰ q̄ credūt ꝛ ꝯtremiscūt. Reliq̄ sub ordine tāgā q̄ talis ē. Nec pueri.i. ne pueri q̄dē: nisi q̄ nōdū lauanꝭ ere.i. pecunia. hoc est nisi sint tā parui vt cūparētibꝰ ītrēt balnea nec ab eis pecunia exigaꝭ: credūt aliq̄s manes .i. iferos eē ꝛ regna subterranea.i. q̄ sit sub ꝭris: ꝛ contū.i. ꝑticā qua charon portitor ꝓfūditatē aquaꝝ ꝑcontaꝭ ꝛ ranas nigras ī gurgite stygio.i. lacu illo inferni. Quis vidit supos.q.d. nemo: qꝛ deū nemo vidit vnq̄. regna celestia cui sūt ꝑuia.q.d. nulli: patēt tñ ꝭs q̄s pr̄ trahit: q̄.i. quō aut ꝑ. q̄d ē genesis.i. gñatio ꝛ ꝓductio cūctoꝝ.s. celi ꝛ ꝭre ꝛ q̄ ī eis sūt: est cogniga mosi q̄ scripsit añ hoīez facta: sꝫ nouit p̄terita dono spūsācti q̄ ꝓphete futura noscūt Nū.i. nūq̄d deꝰ ꝓtulit īfernū vt eternꝰ ignis torreat miseros.s. mortales: nū .i. nūq̄d deiecit.s. ad īferna: numina celestia.i. ꝑtātes āgelicas. vt donet corpora terrea.i. terrena: celo.q.d. mīme: qꝺ difficile creditu: etiā aug. īnuit in vltimis de ciui. dei libris. Nūq̄d is.i. talis labor est supis.i. celestibꝰ. Jd ī .iiij. enei. est. Judeus apella.i. cui ꝑ circūcisionē pellis p̄putij ablata ē. vñ sic ab horatio cuiꝰ hec ꝟba sūt p̄mi ser. vocatur: credat sup. hoc. ego sup. nō credā. nā didici.s. ab epicureis ꝛ hereticis: deos agere euū securū.i. seorsum a cura eoꝝ q̄ fiūt ī terris. Verū q̄dē est ꝙ deus nō tristeꝭ: īmotusqꝫ manēs det cūcta moueri. Atñ.i. nihilominꝰ o pecꝰ īsanū: ꝛ o mēs expꝰs lumīs: tu fatebere sero.i. nimis tarde: vt post fata.i. mortē: eꝭnos ignes ī q̄s mitteris



Neqꝫ sellam: neqꝫ calcar: neqꝫ frenum:
Coemens: hoc male natum pecus emi.
Igitur nunc sine freno et sine sella
Equitans: excutior non sine risu.

¶ Carmen est quale duodecimũ genus horatiũ monocolon ionicũ saphicũ a minori trimetrũ acatalecticũ: cõstans tribus ionicis a minori: q̃ hñt quaternas syllabas duas priores breues et posteriores longas. Uerba sunt improuidi q̄ sellã nõ hñs equũ aut asinũ emit ⁊ cũ equitare nesciret excussus ē cũ risu. vñ in ꝓuerbiũ teutonicũ receptũ: ex asino excussũ esse: q̄ rem tractarit īprouide. Ordo est. Ego emi michi hoc pecus male natũ. i. hũc asinũ stolidũ: neqꝫ. i. non coemens. i. non sił emens sellã neqꝫ calcar neqꝫ frenũ. Igił ego nunc equitans: qđ etiã in pertica dicimur licet ab equo dicatur. horatius ludere par impar eq̃tare ī arũdine lõga: sine freno ⁊ sine sella excutior scꝫ e dorso asini: non sine risu. s. videntium.

ACcipe gēs amēs pecori〈qꝫ〉 simillima tardi
Cui modo supremi restat imago boni.
Accipe que moneā nec tete nosse grauare:
Utilius siquidē nil didicisse potes.
Dic tibi cur ratio datur et mens etheris alti:
Et quecū〈qꝫ〉 poli vis tenet ampla: capax?
Nunquid quo viuas pecus expers mētis in horā.
Et nil venturi per modo facta videns?
Hei mihi ꝙ turpe est post tristes dicere casus.
Non sum equidem fieri talia posse ratus.
Consilium sero post factum queritur: at qui
Prouidus est: fugitat ꝙ cadat ante malū.

ACcipe gens amens. Hec satyra inuehit in improuidos in diē ꝛ in horā in morē pecoris viuētes nec〈qꝫ〉 quic〈qꝫ〉 futuri ex his que facta viderit p̄sagiētes: cū tn̄ vt Cicero attestat sapiēs nō dicet nō putabā hoc fieri posse: sꝫ oēs futuros ꝓuidet euētus. Vn̄ ꝛ Salustius p̄usq̄ incipias ꝯsulto et vbi ꝯsulueris mature opus est facto. Or do aūt est. O gēs amens. i. vecors et sine mēte: ꝛ simillima pecoris tardi. s. ad intelligendū et prospiciendū. cui. s. genti imago summi boni. i. dei: restat modo. i. solūmō reliqua est: qꝛ solū hoīs q̄ imago dei est formā habent: qui nihil deo aut hoīe dignū operant. Accipe inquā q̄ moneā: nec grauare. i. et non graueris nosse tete. i. teipsū. Siquidē. i. qꝛ certe nil. i. nō aliq̄d. tu non potes didicisse aliq̄d vtilꝰ q̄. s. nosse te ipsū: vn̄ oraculo ascribit ꝛ de celo descēdisse dicit illō aureū chilonis ṽbū gnothi se autō. i. nosse te ipsum. Dic cur ratio ꝛ mēs capax etherꝭ alti ꝛ sup. eoꝝ q̄cū〈qꝫ〉 ampla vis. i. ṽtus poli. i. celi tenet datur tibi ꝛ nō pecoribus. Nūq̄d sup. datur: quo. i. ideo vt viuas in horā. i. ad p̄ntē horā sine respectu future: existēs pecus exꝑs mētis. i. rationis: et vi uas nil. i. nō aliq̄d nō vidēs aliq̄d vēturi. i. futuri: ꝑ facta mō. i. paulo ante. i. per cursum et ꝯcathenationē rerū. Hei mihi q̄. i. q̄tū turpe est dicere post ca sus tristes. i. postq̄ tristia ceciderunt: equidē non sū ratus. i. nō putaui talia posse fieri. qꝛ Cōsiliū q̄rit sero. i. nimis tarde post factū. at. i. sed q̄ ꝓuidꝰ est fugitat. id est p̄cauet malū anteq̄ cadat. i. eueniat. Vn̄ innumera sunt exem pla eorū q̄ per imprudētiā lapsi sunt. Ut troiani q̄ grecos abijsse rati capti sunt dolis. Sic et holofernis īprouidētia prudētia iudith capta. Sic Julius cesar quia non ante legit litteras quas ab amicis acceperat: q̄ in senatū venis set: a ꝯiuratis occisus est. Vn̄ non est cōtemnēda illius vulgati ṽsiculi sen tentia. Quicquid agas prudenter agens bene respice finē.

De stultorũ amatorũ calamitate.



Ah venus ad nutum trahis oĩa numina tecũ
  Terrigenumq; genus.
Iuppiter extimuit phœbusq; cupidinis arcus
  Quis modo tutus erit?

¶ Carmẽ est quale decimũtertiũ genus apud horatiũ dicolon distrophon. Prior v̾sus est hexameter heroicus. posterior est dactylicus archilochius dimeter catalecticus. hoc est ꝯstans duobus dactylis ⁊ syllaba. Principiũ hoc sumptũ est ex enea siluio seu papa pio. Ordo est Ahvenus tu trahis tecũ oĩa numina. i. oẽs deos: aut oẽs ĩfluẽtias celestes ad nutũ. i. ad placitum tuũ. Quia oẽs fere dij gentiliũ amasse fingunt. et trahis genus terrigenũ. i. genitorũ in terris vt hoim: sed et aliorũ aĩantiũ vt in sequentibus dicemus Iuppiter extimuit et phebus. i. apollo extimuit arcus cupidinis. i. dei amoris q̃ fili' veneris: et ideo q̃s erit mõ tutus scʒ ab ĩsidijs amoꝝ. q. d. nullus.

OMne adeo genꝰ ī terris hominūq; ferarūq;
Et genꝰ equoreū: pecudes: picteq; volucres
In furias ignēq; ruunt: amor omnibus idem.
Seuus amor docuit: natoꝝ sāguine matrē
Cōmaculare manus. venus iproba: pergama ꝟtit
Quid memorē phedran: quid phillida pesiphaenq;
Quid de semiramidem messalināq; potentem?
Quid dicam sacro delendos igne: gomorre
Et sodome similes? pudeat meminisse pudenda.
Forsitan ꝫ noceat: sed amator comicus inquit
Quidnam igitur faciā? ne nūc cū accersor ꝫ vltro
Supplicat accedā: sed mox lupa deuorat agnum.

OMne adeo ꝛc. Verba sūt vergilij li.iij.georg. quibꝰ omia aialia ꝑ amorē furere docet. Ordo ē. Adeo.i.oino oē genꝰ.s.degentiū in terris ꝛ hoim ꝛ feraꝝ (Est aūt hypmeter: sed syllaba abūdās absumit a vocali seqnti) et oē genꝰ equoreū.i.degentiū i aqs: pecudes.i.aialia ad vsū hois domita: ꝛ volucres picte.i.varijs plumis ornate: ruūt.i.ꝓcipitāter currunt in furias ꝛ ignē.s.amorū. idē amor est oibus.i. oia amore nimio insaniūt. vñ in buc. dicit. Seuus amor docuit matrē.s.medeā cōmaculare manus sanguine natoꝝ.i.filioꝝ suoꝝ ꝛ Jasonis: quos in odiū viri occidit. venus iproba.i.improbāda: vertit.i.euertit ꝑgama.i. menia troiana ꝓpt raptā helenā. Quid memorē.i.recitē phedrā filiā minois q̄ cū ariadna theseū secuta: priuigno suo ꝑ falsā delationē exitio fuit. Nā cū theseo nupsisset ꝛ hippolytū de stupro interpellasset: recusantē patri detulit et ille phocis.i.vitulis marinis equos q̄s agebat cōsternādos curauit vñ ab illis dilaceratus est. Phillis regina thracie putās se a domophoōte delusā de amigdalo se suspēdit in quā mutata fingit. Pasiphae minois regis crete vxor amore tauri incēsa in ligneā vaccam arte dedali incusa cum eo coiuit. Sicut semiramis regina babilonie cum equo ꝛ filij stuprum petijt. Messalina imperatrix mater britānici cesaris vt prostituta publica in lupanari meruit: vbi quinto et vigesimo coitu vno die ancillā supauit. Quid dicā similes gomorre et sodome.i.cōtra naturā luxuriātes delendos igne sacro.i.execrabili aut sacris legibus approbato: vt in Auten. vt nō lux. con. na. col. vi. Pudeat.s. quēlibet.i. pudere debeat meminisse.i.recitasse aut cogitasse pudenda.i. abominādā: et forsitā noceat. qr tāta ē fragilitas nr̄a vt etiā execrādis vitijs inflāmemur. Sed amator comicꝰ vt in terētio phedria inquit. Quid nā faciā (hoc et persius habet) ne accedā nunc.i. ne nunc q̄dē accedā: cū accersor a meretrice ꝛ ipsa supplicat vltro: sȝ lupa.i.meretrix ꝛc.

Medea
Phedra
Hippolytus.
Phillis
Pasiphae
Semiramis
Messalina.



Aues sueſq₃ lęta quando tempora
Parente dante maximo
Agunt: nec vlla poſtmodum timent mala.
Quis hoc idem neget mihi?

¶ Carmen eſt quale decimūquartū genus apud horatium dicolon diſtrophon. Precedens enī verſus eſt hipponactiu s trimeter acatalectc⁹: conſtans ſex iābis aut puris vt in noſtris aut admiſſis ad loca īparia ſpōdeis Sequēs eſt iābicus archilochius dimeter acatalecticus: conſtans videlʒ quattuor iābis: admixto interim īparib⁹ ſedibus ſpondeo. Hic tn̄ ne in taʒ paucis licentia abuterer meros iābos poſuit. Verba ſunt demētis ſup mīa peccantis q₃ brutis nulla ſint ſupplicia poſt hanc vitā quā letā ducunt pre ſtituta: cū non aīaduertat iiſdē etiāſi innocenter viuant nulla premia prede ſtinata. Ordo patet et verba clareſcunt. hoc idem. ſ. agere leta tempora.

Ergo ne diuine bonitatis abutere dono
Stulte/nec astreā sedes habitare sup̄mas
Credis: et horrendi non linquere iudicis ora?
Esto dei cunctos miseratio temperet actus:
Sitq̄ dei propriū misereri et parcere semper:
Ergone sacrilegos sine vindice riseris ausus?
An q2 te nondū prostrauit fulmine iudex:
Idcirco stolidā prebet tibi vellere barbā?
Ut sit lenta: tamen certe magna ira deorū est.
Supplicijq̄ morā compensant pondere tardā.
Nec tibi supreme veniā promiseris hore:
Que si contritis datur: at contritio paucis:

Ergo ne diuine. Inuehit in eos qui bonitate dei abutunt et ita i spm̄ sanctū peccāt p ꝯfidentiā: negātes infernū ⁊ iustitiā dei: aut cōfidētes in venia dāda in nouissima hora. Cōtra quos dr̄ xciij. dist. dia. et de. pe dist. vij. Nullus: sic. deus mlto ꝓnior est ad misericordiā q̄ ad penā vel vindictā: non tn̄ misereт eorū q̄ assidue peccant. vn̄. Nullus expectet donec peccare non possit. Penitentia enī serotina multos solet decipere. Uis ergo euadere qd̄ incertū est: age penitentiā dū sanus es Pricipiū nostrū sumit ab indignatione ad quā apta est ꝑticula ergo. Ordo est. Ergone o stulte abutere. i. abuteris donis diuine bonitatꝫ. i. q̄bus nobis veniā dat de⁹: nec credis astreā. i. iustitiā quā poete astreā vocāt: habitare sedes supremas. i. sūmas. hoc est celestes. q2 s̄m fabulas astrea cū ceterꝫ dijs et deab⁹ ob peccata hoiꝫ terras fugiēs celū petiuit. Un̄ Ouidi⁹. Ultima celestū terras astrea reliquit. et nō credis cā non linquere. i. deserē: ora. i. ꝯspectū: iudicis horrēdi. i. timēdi malis ⁊ venerādi bonis (vtrūq̄ em̄ significat horrēdū) videlicet xp̄i cui pater dedit om̄e iudiciū. Esto. i. ꝯcedat sup. q̄ miseratio tēperet om̄s actus dei: q2 hic p̄cipue eminet mīa dei. Sitq̄. i. ⁊ cōcedat qd̄ eccl'ia canit: ꝓpriū esse dei misereri ⁊ ꝑcere semp: riserꝫ nc. i. ꝑmittet ne ergo q̄ riseris sine vindice. i. vindicāte: ausus. s. tuos: sacrilegos. i. deo honorē derogātes p blasphemiā. An q2 iudex. s. etern⁹ nōdū ꝓstrauit te fulmine. (Alludo ad illud ꝑsianū. An q2 non fibris ouiū: ergennaq̄ iubente. Triste iaces lucis euitandūq̄ bidētal) idcirco. i. ideo p̄bet ip̄e tibi vellere. i. extrahere ⁊ durit decerpe: barbā stolidā. i. quā stolid⁹ hēret si id ꝑferret. Ut sit. i. vt ꝯcedam⁹ q̄ ira deoꝝ sit lēta. i. tarda. tn̄ certe est magna. vn̄ Vale. maxim⁹ in p̄mo lib. Lente ad vindictā sui diuina ꝓcedit ira: tarditatēq̄ supplicij ꝗuitate ꝯpensat. Un̄ addo. ⁊ dij ꝯpensant morā tardā. i. tarditatē vindicte pondere. i. ꝗuitate supplicij. Nec ꝓmiseris tibi veniā supreme. i. vltime hore in hac vita: que. s. venia: si. i. tametsi datur ꝯtritis. at. id est attn̄: paucis dat contritio scilicet in vltima hora.



Qui cœpit ędes maximas habēs. casam
In loculis minimā: mouet viatori
Fabrisqꝫ risum: distrahens comā suam:
Consulat ergo humeros onus parans ferre.

Qui volet ergo deo ceu debet credere nunq̄
 Ne merito pereat: censor amarus erit.

¶ Q̄ temere &c. Argumentum est sumptū ex vij. cap. Matthei. Ubi saluator noster dicit. Nolite iudicare ⁊ nō iudicabimini: nolite cōdēnare ⁊ nō condēnabimini. Sed vt prius dixi tm̄ abest vt non iudicemus: vt etiam que decenter fieri possunt peruerse condēnemus: ⁊ in oculo fratris festucam euellendam clamemus cum trabē in oculis nostris nō videamus. Un̄ dicit idem saluator Luc. vij. Quid autē vides festucam in oculo fratris tui: Et trabē in oculis tuis non vides. Un̄ glo. in c. eaque. de. sta. re. Tollere festucam qui vis de fratris ocello: Que tua conturbat lumina tolle trabem. Et. iij. q. vij. Iudicet ille de alterius errore. qui nō habet in seipso quod condemnet. Et saluator Joh. viij. de muliere in adulterio deprehensa. Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidē mittat. Et hinc Cicero in Salustium. Carere debet omni vitio qui in alterum dicere paratus est. Un̄ ⁊ flaccus lib. ij. ser. vij. a quo principium sumpsimus. Tu cum sis quod ego: ⁊ fortassis nequeor. vltro: Iniectere velut melior: verbisq; decoris. Obuoluas vitium: quid si me stultior ipso &c. Multi autem sunt stulti: qui cum ipsi iudicandi sint vltro alios etiam inique iudicant. vt vero Cicero ait lib. iij. Tusculanarū. Propriū est stultitie aliorum vitia cernere: obliuisci suorum. Et tamen vt idem inquit primo off. Fit nescio quomodo vt magis in alijs cernamus q̄ in nobismetipsis siq̄d delinquitur. Ordo vt in elegiaco fere fit carmine patet. q̄. i. q̄tum. pendere iniusta lance. i. iudicare iniuste. pios. i. bonos viros. Expendisse &c. i. luisse scelus sic eneid. ij. scelus expendisse merentem laocoonta ferunt. Si quo. i. si ideo vt sit melior. quia castigat deus omnem filium quem recipit. ⁊ virtus in infirmitate perficitur. vnde sicut successus assidue prosperitatis est indicium damnationis ita persecutio ⁊ tribulatio signum saluationis. duxerit. i. censuerit: iudicauerit cum premat. i. vrgeat ipse qui iudicat pedem. s. suum. Oculis inunctis. i. collirio obstructis quia lippus est. i. fluentes oculos habens. Ceu. i. tanq̄ esset ales iouis id est aquila: que directo obtutu ⁊ non conueniens radios solis inspicit: ⁊ pullos id nō valentes vt subditiтios abijcit. dicitur autem poetice ales iouis quia in bello giganteo illi fulmina subministrauit. Amarus iniquus.



¶ Quisquis volet perenni
Fungi munere: maius
Perferre q̃ valebit
Vstet sumere pondus.

¶ Carmen est quale vndecimũ gen⁹ apud boetiũ dicolon distrophõ. Precedens versus est iãbicus anacreontius dimeter catalectic⁹: cõstans tribus pedib⁹. i. spõdeo ⁊ duobus iãbis cũ syllaba. Sequẽs est pherecrati⁹. cõstãs spõdeo choriãbo ⁊ syllaba. aut spõdeo dactylo ⁊ spondeo vel trocheo. Argumentum est in eos qui plura q̃ꝫ explere pñt ecclesiastica obeũt munera seu sacerdotia: q̃ a vulgo dicũtur bñficia seu prebende. de quib⁹ in seq̃nti carmine plura. Principiũ carminis sumptum est ex boetio. Cui⁹ ordo ẽ. Quisquis. i. quicũqꝫ: volet fũgi perẽni. i. eterno munere. s. sacerdotali: ita vt in celo etiã sacerdotali gaudeat honore vñ si vt hieronym⁹ sentit: bone doctrine in celo permanẽt: dicit em̃: discamus sciẽtias in terris q̃ nobiscũ p̃manebũt in celis: ⁊ si character ordinis indelebilis est: non dubium ẽ bonos illic speciali honore illustrandos. Cetera patent.



Vid male sane premis sub iniquo fasce misellū
Quadrupedē: defessa labant sub pondere crura:
Et tamen imponis maiora grauamina dorso.
Forte tui similem male natum credis asellum.
Qui cum vix minimi depleres iusta sacelli
Munera ter geminis prętendis tempora vittis
Nectere: & ad summum suspiras culmen honorum.
An miser ignoras: oneris plus q̄ sit honoris
Ecce sub egregio vel summo pontificatu:
Quem quicunq̄ petit sanctum desiderat idem
(Vt vult paulus) opus: sed si pater ipse talentum
Quod dedit exquiret cum fenore: consule vires.



Uid male sane premis. Satyra scribitur in eos qui plura onera ecclesiarum etiam incompatibiliū: vt curas ac episcopatus quidam censent: in humeris suis imponunt: cum vix minimum perferre valeant: in quos dicuntur multa: de preben. quia in tantū. ⁊. c. de multa. Et de cle. non resi. quia nonnulli. Inter que hec adnotata inuenim. Ambitio quorundam in tantum processit vt non duas vel tres: sed plures ecclesias habere studeant: cum vix vni possint debitam prouisionem impendere. Cum tamen multitudo prebendarum canonibus sit inimica: ⁊ valde iniustum ⁊ iniquum est vt multi esuriant forte meliores: ⁊ vnus ebriꝰ forte nullus in verbo: ⁊ pessimus in exemplo abundet. Ordo ⁊ expositio textus nostri est. O male sane. i. insane aut insensate quid. i. ad quid premis sub iniquo fasce. i. pondere quadrupedem. i. asinū misellum. Crura sup. eius defessa. i. defatigata labant. i. vacillant ⁊ deficiunt sub pondere iniquo. i. nimis graui. ⁊ tamen tu imponis dorso scʒ eius grauamina maiora scʒ q̄ꝫ prius habebat. Tu forte credis asellum male. i. ad malū suum natum: similem tui. i. tuis moribus. Qui cum depleres id est perficeres: vt Statius in principio achilleidos. Tu modo si primos digno depleuimꝰ haustu: Da fontes mihi phebe nouos: ac fede secunda. Nec te comas. vix. i. cum summa difficultate munera iusta id est officia debita: sacelli minimi: vulgus capellam vocat: pro sacello: tamen sup. pretendis nectere tempora. s. capitis tui tergeminis vittis id est papali corona: ⁊ pro. i. suspiras ad summū culmen: honorum scilicet omnium in terris. An tu miser ignoras plus oneris q̄ꝫ sit honoris esse sub pontificatu egregio. vel. i. etiam summo: quia vbi summus honos est ⁊ summum onus. Quem scilicet pontificatum quicunq̄ petit. i. desiderat idem desiderat opus sanctum: vt paulus scilʒ apostolus vult dicens. i. Timo. iij. Si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Sed si ipse pater scilicet omnium deus exquiret cum fenore. i. cum excremento lucri: talentum quod dedit scʒ seruis suis vt prelatis consule vires scʒ q̄ꝫtum queas perferre.

De differentibus bene facere cum statim possint.



Coruo didici recinente
Cras cras: bona nunc peragenda
Differre: necis properantis
Securus: at vrgeor amens.

¶ Carmen est quale est duodecimū genus apud boetium monocolon: anapesticum partheniacū dimetrū catalecticū. Primi em̄ duo pedes recipiūt anapestū vel spondeū. tertius semp exigit anapestū cū syllaba. Argumentū sumptū est ex illo Eccli. v. nō tardes cōuerti ad dn̄m: ꝛ ne differas de die in diē. Subito em̄ venit ira illius: ꝛ in tempore vindicte disperdet te. Et ex illo psal. xciiij. Hodie est ꝛ cras morietur ꝛc. Ordo est Ego inquit stultus didici coruo recinente. i. frequenter canente: cras: cras. differre bona scꝫ opera peragenda nunc existens securus necis id ē mortis properantis. i. cito aduentātis. At egeo amens. i. sine mente improuidus vrgeor scꝫ a morte: que memorem sui vel inuitum facit.

I Nspice mortalis q̃ fluxa caducaq; vita est
Qui flos mane fuit vespere puluis erit.
Inspice nec differ conuerti ad cunctipotentem
Nam subito in reprobos illius ira venit.
Cras hoc fiet: idem cras fiet. quid quasi magnum
Nempe diem donas? quando erit ista dies?
Iã cras hesternũ cõsumpsim⁹: ecce aliud cras
Egerit hos annos: cras hodie esse nequit.
Si tu hodie audieris dñi vocem caue dicas
Corde obdurato: cras sequar haud hodie.
Quis scit an adijciant hodierne crastina summe
Tempora: que id possunt: numina sola: poli.

I Nspice mortalis. Argumẽtum est in pendinatores qui omnia in crastinũ referunt: neq; quicq̃ boni cum statim possint faciũt In quos etiã dr illud Eccli. v. Ne tardas conuerti ad dñm: et ne differas de die in diẽ. Subito eni venit ira illius: ꝛ in tẽpore vindicte disperdet te. Admoneo aũt primo mortalitatis que dilationẽ pi-culosã doceat. vñ luce. xij. hodie est ꝛ cras moriet. Fenũ qd̃ hodie est cras in clybanũ mittetur. De his plura dicã sub ordĩe qui talis est. O mortalis scz hõ: inspice. i. intus ꝛ in te vide ꝛ attende q̃. i. q̃tũ fluxa. i. fluens ꝛ trãsi-toria atq; caduca est vita. s. tua. Nã is q̃ fuit mane. i. cuz sol manaret ꝛ orire tur: flos. i. in vigore: erit vespere. i. sole occidente. puluis. i. cadauer resoluẽ dũ in cinerẽ. Inspice inq̃ nec differ cõuerti ad cunctipotẽtẽ. i. sic: omĩa po-tentẽ dñm deũ. Nã ira illius venit subito in reprobos. i. reprobandos. Re-spondet hõ stult⁹ ꝛ sunt fere verba persiana satyra. v. hoc. s. qd̃ mones fiet cras. i. cras incipiã inspicere. Respondet monitor: idẽ fiet cras. i. tu dices idẽ cras: vñ sicut caltidus q̃ dicit cras dabo nõ hodie sic nego quotidie nũ q̃ dat ita q̃ sẽp cras ꝛ nunq̃ hodie bene agere vult nũq̃ bene agit. Obmur murat stult⁹ dicẽs. q̃d sup. cõtradicis: nẽpe. i. nõne ipse. i. tu donas. s. mihi diem. i. dilationem vnius diei: quasi magnum. i. rẽ magnã? Respondet mo nitor. qñ erit ista. i. tua dies? q. d. nũq̃. Nã nos consumpsim⁹ iã cras hester nũ. i. de quo heri dicere licebat cras: ecce aliud cras egerit. i. extra fert ꝛ ab sumit hos. i. nostros annos. Est aũt ab egero nõ ab ago: cras nequit eẽ ho die. ꝛ ergo semel incipiendũ est hodie nõ semp in crastinũ differenduz. Si tu audieris hodie vocẽ dñi (vt in psal. xciiij.) caue dicas: vbi caue est tertie. sicut in epi. horatij. Vade vale caue ne titubes: corde obdurato. i. per obdu rationem cordis: ego sequar. s. vocem cras non hodie. Quis scit. horatius sic habet secundum carmen tempora dij superi. vnde illud. Nemo tam di-uos habuit fauentes crastinum vt possit sibi polliceri.

De stulta impudicarum custodia.



Stultus obseruans iter impudice
Coniugis: seruat pulices sub alto
Sole: vel mundat laterem: vel implet
Vt ceo paruo puteum copacem.

Carmē est quale decimūtertiū apud boetiū vtpote monocolo v̄suo ꝫ dactylicus saphicus pētameter acatalecticus: cōstans trocheo: spōdeo dactylo. ⁊ iterū trocheo ⁊ spōdeo aut duob⁹ trocheis. Scribit i stultos vxoꝝ suarū obseruatores: nō q: obseruari nō debēt: sed q: frustra obseruant: aut q: nimis obseruate incōtinētiores fiūt: nitūt eni in vetitū. vt i sequēti lati⁹ dicā. Quid aūt in ea re faciendū sit. prescribit Num. v. Si spūs zelotypye cōcitauerit virū cōtra vxorē q̄ nihil polluta est vel falsa suspitione appetit relinquet deo facti hui⁹ iudiciū. Vulgo dr. Ille lauat laterē q̄ custodit mulierem. Et eccl. vij. Facili⁹ est ardēti sub sole obseruare pulices ꝙ iuitā custodire mulierē. Dicit etiā vrceolo. i. modico vase implere capacem puteū qui sua custodia lasciuā retinere vult mulierem.

Quid fruſtra obſeruas vxorē iſane/pudicā
Ipſa ſui cuſtos erit et tutela pudoris.
Quid ſtolide obſeruas vxoris iter male caſte:
Nititur in vetitū natura fere mulierum:
Et cuſtoditū quia ſuauius eſſe putatur:
Si nulli placuit: iam cuſtodita placebit.
Audio quid veteres olim moneatis amici.
Pone ſerā: cohibe: ſed quis cuſtodiet ipſos
Cuſtodes: cauta eſt: et ab illis incipit vxor.
Illa iubet ſumpto iuuenē properare cucullo
Si nihil eſt: ſeruis incurritur: abſtuleris ſpem
Seruorū: veniet cōductus aquarius vſq̄.

Quid fruſtra ꝛc. Ut ex titulo patet in eos iuehit̄ q̄ friuolā ꝛ īter dū pniciosā curā adhibēt ob zelotypiā ī cuſtodiēdis vxoribus cū caſte ſeſe cuſtodiāt: ne tā min⁹ caſte fiāt nō illis nimiū laxāde ſunt habenē. qꝛ ſi qd ouidi⁹ dicit: caſta eſt quam nemo peciuit cauendū eſt ne ob diſſolutam vitā petantur. Nocet autē interdum nimia cuſtodia: tū propter mulieres q̄ nimium cuſtodite: in vetitum nituntur et quod non feciſſent libere admittunt cuſtodite. tū propter viros: quibus interdum mulieres placent non qꝛ formoſe: ſed quia cuſtodite. Vñ dicitur prouer. ix. Aque furtiue dulciores ſunt: et panis abſcondit⁹ ſuauior. De libidine autē mulierū obſeruatarū late loquitur Iuuenalis ſatyra vñ ſūpſimus illa carmina. Audio quid veteres ꝛc. vſq̄ ī finē. Ordo eſt. O inſane: quid. i. ad quid. obſeruas. i. cuſtodis attendēs quid agat et quo vadat vxorem. ſ. tuam: pudicam. i. ſi habes pudicam: obſeruas īquā fruſtra. qꝛ ipa. ſ. pudica vxor tua eſt cuſtos et tutela ſui pudoris. Et o ſtolide q̄d obſeruas iter vxoris male. i. nō: caſte. Natura mulierum: nititur fere. i. quaſi ſemꝑ aut quaſi oīs: in vetitum: et qꝛ cuſtoditū. i. res cuſtodita ꝛ abſcondita: putatur eſſe ſuauius: ſi ipſa nulli placuit. ſ. priuſq̄ cuſtodiretur: ipſa placebit iā cuſtodita. i. eo q̄ cuſtodita. Martialis Creuit turba futurorū īgenioſus homo es. O veteres amici audio quid moneatis olim. dicentes Pone ſerā: ſcilicet domui: cohibe. i. cōtine domi: ſed quis cuſtodiet. i. arcebit ꝛ obſeruabit ip̄os cuſtodes. Uxor eſt cauta et incipit ab illis. ſ. cuſtodib⁹ adulteriū. vt ipſi taceant. Illa. ſ. vxor libidinoſa: iubet iuuenem. ſ. aliquem properare. i. celeriter accedere. cucullo. i. coopimento capitis ſumpto. ſi nihil. ſ. iuuenū incurritur. ſ. ab ea. i. ipſa ipetū facit: ſeruis. id eſt in ſeruos. et ſup. ſi: abſtuleris ſpem ſeruorū: aquarius. i. lixa aquā ferens in vſum culine: cōduct⁹. ſ. ad aquā ferendā ſed vt ſtupret dominā veniet vſq̄. id eſt ab vllo loco.



Quicūq; stertit nare peruigili miser
Mœchi vetractat pocula:
Se non videre quod videt simulans: mero
Illectus est stultissimus.

¶ Carmē ē q̄le decimū quartū gen⁹ apd boetiū dicolō distrophon. Prior versus est iambicus archilochi⁹ trimeter acatalectic⁹: īparib⁹ sedib⁹ spōdeū recipiens: interdū etiā anapestū: ⁊ ī fine perhichiū vel spōdeū paribus autē iābū tm̄ quē oib⁹ locis hr̄e pōt. Posterior est iābic⁹ archilochius dimeter acatalectic⁹. Recipiēs piformiter locis pib⁹ spōdeū reliqs tm̄ iābū quē qz iābic⁹ est vbiq; admittit. Scribit in vxorū suarū leones. Nā patronus est turpitudinis q̄ crimē celat vxoris. Et qui patitur vxorē suā delinquere matrimoniūq; suum contemnit: quiq; cōtaminationē nō indignatur pena adulterij confligitur. Omnia nota sunt.

PRo scelus inuisum supis et morte piãdum:
Lenonẽ vxoris secula nostra ferunt.
Plurimus est hodie: doctus spectare lacunar:
Mechus in vxoris dũ iacit ora sinũ.
Doctus et ad calicẽ vigilanti stertere naso:
Coniugis in gremiũ dũ iacit ille manũ.
Frustra hodie clament: vbi nunc lex iulia: dormis?
Qui viuũt stupris cõiugis vsq; sue.
An dubitas cupiant hi gnatas prostituisse:
Quarũ dissimulant matris adulteria?
Expulit vrbe stuprũ lucretia passa tyrãnos:
In thalamũ mechos nũc vir ob era vocat.

PRo scel⁹. Exclamatio est in turpissimos vxorũ suarũ leones: qui q̃ fere pati recusant veneris cõsortia admittũt. Pro indignãtis est vox: neq; c aut aspirationẽ exigit. Ordo est. p: scel⁹ inuisũ. i. odio psecutũ supis: et piandũ. i. purgandũ ⁊ abluẽdũ morte: secula nostra: ferũt. i. admittũt ⁊ patiunt lenonẽ vxoris. i. q̃ vxorẽ suã ob pecuniã aut gule illecebras pstituit Doctus spectare lacunar. i. laq̃aria hoc ẽ trabiũ cõnexiones dũ. i. qñ mechus. i. adulter iacit ora. i. oculos in sinum. i. ad mamillas vxoris: est hodie plurimus. Et doctus. s. ab vxore aut auaritia sua exptus: stertere. i. simulare se dormiẽtẽ: ad calicẽ. i. pocula naso vigilanti id est non dormienti. i. cum tamen vigilet: dum mechus iacit manũ: in gremium id est ad muliebria cõiugis. ij. sup. qui viuunt vsq; id est continue stupris coniugis sue: clament frustra hodie: vbi sup. es: o lex iulia in adulteros lata dormis? Est autem imitatio iuuenalis. An dubitas sup. an hi. i. tales (vt enei. ix. hunc ego te euryale aspicio) cupiant prostituisse id est ad vniuscuiusq; libidinem in prostibulis exhibuisse: gnatas id est filias quarum matris dissimulant id nolunt fateri cũ tamẽ sciant: adulteria. Simulamus enĩ id esse quod non est: et dissimulamus id nõ esse qđ est. i. dum ex iterioribus indicijs fingim⁹ id esse qđ nõ est tũc simulam⁹: et qđ inuim⁹ id non esse quod est tunc dissimulamus. Lucretia castissima mulierũ a valerio predicata: sed susanne censore augustino merito cedens: passa stuprum a sexto aut arunte filio tarquinij superbi septimi et vltimi regis Romanorum: de qua liuius late in fine primi libri decados prime. expulit vrbe. s. roma tyrannos id est superbos reges: et vir. id est maritus vocat nunc in thalamum. s. suum. mechos. i. adulteros. ob era id est pecuniam.



Quisq̧ sui similem quia colit
Delitię mihi sunt strepere aues
Immodice/solitę: mare frequens
Atq̧ solum petii: scio nihil.

CElū nō animū mutāt q̄ trans mare currūt:
Raro redibit holoꝛ qui nidū deserit anser.

¶ Carmē p̄cedēs est q̄le decimūquintūa pō boetiū: monocolō. dactylicū ithyphalicū: tetrametrū: acatalecticū: ꝯstās trib⁹ dactylis ꝛ phichio. Scribit q̧ i eos q̄ sibi ob stultitiā placēt: et q̄ cū multa viderit nihil didicerūt et ita vt teutonicū ē adagiū: q̄les euolauerūt āseres redierūt. Solite strepe. i. anseres Celū nō ani. sic horati⁹ i epistolis. holoꝛ. i. beue canere sciens ꝛc.



Quisquis medentis impotens opem fugit:
Et tegit insulso pectore vulnus hians:
Modo nec ortis obuiat doloribus.
Iure sibi sero pharmaca poscit iners.

Principijs obsta: sero medicina paratur
Cum mala per longas cõualuere moras.

Carmẽ ẽ qlc. xvi. apud boetiũ dicolon distrophon. prior vsus est iãbic9 trimeter acatalectic9. posterior pentameter elegiac9. Scribit in impatiẽtes infirmos: qui nec vulnera detegunt: cũ dicat boeti9. Si opem medicantis expectas: vulnus detegas oportet: nec medicum q: nõ omnes curat patientes cum dicat iuuenalis: non est in medio semp releuetur: vt eger. Nec principijs obstant: cum dicat ouidius Principijs obsta &c.

De nimis cito irascentibus.



Quicunqꝫ impatiens furentis irę:
In sua damna ruit: facitqꝫ
Quę non facta velit: sues sequatur
Scandat & arcadicum caballum.

Carmē est quale decimūseptimū genus apud boetiū dicolō distrophō primus versus est dactylicus: phaletius pentameter hendecasyllabus: de quo prius diximꝰ. Sequens est dactylicꝰ archilochius tetrameter catalecticus: cōstans duobꝰ dactylis ꝛ totidē trocheis. Inuehitur ī eos q̄ nimis cito irascunt: in quos dicitur. Vince cram animosqꝫ tuos qui cetera vincis Item debet homo lentum vehemens equitare iumentum. i. asinum: vt eiꝰ tarditate retentis nil cuius cum postea peniteat moliatur. Ordo est. Quicunqꝫ impatiens ire furentis. i. quicunqꝫ nescit differre irā: qꝛ ira furor breuis est: vt iam dicam: ruit in sua damna ꝛ facit ea que velit non facta: sequatur sues qui tardi sunt. vnde Tardi venere subulci: ꝛ scandat caballū (per trontā id dico: iumentū vero primā: ꝑducit) archadicum. i. asinum.


Vo ruis: ah demens cur dorsum obtundis aselli
Expecta vxorem: scandere certat idem
Quo ruis inquã amẽs: quo me rapit ira furorq;
Siste gradum ac audi. Sum nimis impatiens.
Attamen hæc audi: mala sint quæ audire recuses.
Audio: dic paucis: dum pecus ango pigrum.
Ira furor breuis est: animum rege: qui nisi paret
Imperat: hunc frenis hunc ratione preme.
Impedit ira animum ne possit cernere verum:
Quæ populum ac vrbes sæpe dat exitio
Fœmina rixetur: canis improba concitet iram:
Candida pax homines trux decet ira feras.


Uo ruis: Carmen est elegiacũ in impatientẽ ire qui subito impetu rapitur: cõtra prescriptũ sapientũ: qui ira percitum volũt tantisper etiam a iusta castigatione aut vltione coercendũ dum furor ille sedatus sit. vnde architas ille tarentin⁹ semp laudabitur ꝙ peccanti suo pepercit eo ꝙ iratus esset: nisi irascerer aut impune ferres. vnde quidã illud primi enei. Post mihi nõ simili: pena cõmissa luetis interpretantur vt sit datiui casus construendũ cum mihi vt sit mihi non simili. i. non irato vt modo. Et si cum pena construatur adhuc qr dicit post & non vult statim puniendos: idem docet neptun⁹: aut qui id finxit poeta. quocirca aptam aposiopesin dat illi dicenti. Quos ego: sed motos prestat componere fluctus: vt sepe etiam comici faciunt quia signum est temperate ire vbi verbo nõ exprimunt furorem. Augusto aũt cesari consultum tradit Suetonius: vt irascens priusq; aliud quicq; faciat aut dicat omnes litteras alphabeticas proferat. vt vel tantillo internallo ira sedetur. Est enĩ furor breuis ex subita ascẽsione sanguinis circa cor. Ordo est. Ah demens quo ruis. i. preceps abis: cur obtundis scilz flagello: dorsum aselli. Expecta vxorem qr certat scandere idem scz dorsum: trahit enim caudam. totum aũt tractum ex prouerbio teutonico. Inquã quo ruis amens. i. sine ratione. Respondet eo sup. quo ira & furor rapit me. Siste. i. retine & fac stare gradum scz asini ac audi. Respondet: sum nimis impatiens. Monitor. Attamen audi hec que dicam. ea sint oportet mala que recuses. i. nolis audire. Respondet. Audio dic paucis. dum ango id est premo pecus pigrum: qr nolens ꝓgredi. Monitor affert ex horatio & ceteris poetis. Ira furor breuis est &c. Ordo patet. Populum ac vrbes. Hora. j. car. Ire thyesten exitio graui strauere. & altis vrbibus vltime stetere cause cur perirent funditus: imprimeretq; muris hostile aratrum exercitus insolens. Femina rixetur. Home. li. xx. Iurgia iam cessent. mos est mulieribus iste. Candida pax. Ouidianum est.



Omne hominum genus in terris
Simili surgit ab ortu
Sed dea ceca: procurans hos
Scandere deiicit illos.

¶ Carmen est dicolon distrophon quale est decimūoctauū boetij: immo duo priores versus sunt boetiani: quorū precedens est dactylicus alemanius trimeter hypercatalecticus: nā post tres pedes superest syllaba. Sequens est pherecretiꝰ dactylicus trimeter acathalecticus cōstans duobus dactylis ꝛ spondeo. Hic tamen apud boetiū pro dactylo anapestū recipit. Scriptū est in eos qui ob successus superbiūt: cum iam incerta sit fortune vt aiunt rota: vnde est illud claudiani. Tollūtur in altum vt lapsi grauiore ruant. Et ideo seneca in hercule furente. Nemo cōfidat nimiū secundis: nemo desperet meliora lapsis. Miscet hec illis (.i. prospera aduersis) prohibetꝙ clotho stare fortunā rotat omne fatum.

SCande caballe rotam: dñabere tempore paruo
Nec poterunt vires nec opes defendere ſedem.
Archadicũq; pecus/ſi forſan ſcandis eodem
Et fortuna fauet: modicum quoq; ſtabis in arce.
Scandat iners monſtrum cui nec fortuna benigna:
Nec probitas fauet aut virtus: mox decidet amens
Sæpe etenim primo aſpirat fortuna labori:
Sed nihil inuitis fas queq̃ fidere diuis:
Quocirca ſapiens rerum accumulabit aceruos
In quas nil iuris fors obtinet improba: & illi
Oſtendet medium ſi contradixerit vnguem:
Nullum numen habes ſi ſit prudentia: ſed te
Nos facimus fortuna deam: celoq; locamus.

SCande caballe rotam. Pãnoſa hec ſatyra varijs pãniculis conſuta hoc eſt ex diuerſis deprompta inuehitur in ſtultos fortune nimiũ confidentes: nec ſubitam eius mutabilitatem verentes. Principiuz alludit ad picturam ſuperiorem: in qua qui in vertice ſedet eq̃ formã habet. Eſt aũt equ⁹ p̃ſertim caballus aĩal aĩoſum ⁊ bellicoſum viribus confidens. vñ notatos puto per eũ qui opibus aut viribus aut audacia freti ad regna perueniunt. Qui vero aſcendit aſininũ habet caput ſignificans nihilleum qui tardo quidem ad ſcientias virtutes ingenio: ad honorem non minus aſpirat: ambitu aut hypocriſi. At qui deſcendit: anteriora humana ⁊ poſteriora equina habens ſignificat eos qui viribus inconſulto inuitis fatis ⁊ minerua ad culmina honorum aſcendunt aut truduntur: vñ ſubito detruduntur. Sed ordinem proſequamur. O caballe. id eſt eque belliger: ſcande rotam: ſcz fortune. ⁊ eſt minaciter dictũ vt illud in faſtis Rode caper vitem ⁊c. dominabere. i. regnabis: paruo tempore Nec opes ſcz tue. id eſt facultates: nec vires poterunt defendere. id eſt protegere tibi ſedem. id eſt ſolium regium. Et pecus archadicum. id eſt o aſine (quia in archadia multi ⁊ magni ſunt aſini) ſi ſcandis forſan eodem. id eſt ad eandem ſedem: ⁊ fortuna fauet: tu quoq;. i. etiam tu ſtabis modicum in arce: id eſt ſummitate. Scandat ſcz in altum monſtrum iners id eſt nullam habens artem: cu: nec fortuna benigna fauet. nec probitas aut virtus fauet. ipſum decidet mox. i. paulopoſt amens. i. ſine mente. Etenim fortuna (vt dicitur ſcdo eneid) aſpirat ſepe primo labori. Sed nihil. i. non aliquid non eſt fas. i. licitum queq; fidere aliquid dijs inuitis. Quocirca. i. q̃propter ſapiens accumulabit aceruos rerum in qua fors. i. fortuna: improba. i. improbanda. nil iuris obtinet. ⁊ oſtendet illi ſcz fortune: ſi contradixerit vnguem medium. i. deridebit eam dicens illud Iuuenalis. O fortuna tu nullum habes numen id eſt nullam diuinitatem: ſi ſit prudentia. ſcz nobis. Sed nos ⁊c.



¶ Pedicas apertas nectens
Laqueosq͡ꝫ visos apro.
Auibusq͡ꝫ rete nudum
Stolidas sequatur prædas.

REtia qui volucri tendit manifesta videnti:
Est similis stulti qui fallere tentat aperte

¶ Carmē ē q̄le decimūnonū boetij monocolō iābicū anachreontiū dimetrū catalecticū ꝯstās anapesto iābo spōdeo vel iābo ꝛ syllaba. Inferi⁹ ē hexametrū: vtrūq͡ꝫ aūt in eos ē q̄ apte insidiātes decipe frustra tētant: in q̄s dr̄ ꝓuer. j. Frustra iacit rete añ oculos pēnatoꝝ. Et illud ex apologis esopi. Que nimis apparent retia vitat auis. Pedice sunt vincula pedū vt manice manuū. Cetera patent



Heuheu quę miseros tramite deuio
Abducit ignorantia.
Qui cernunt alios pręcipitem dare
Casum: nec euitant malum.

Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum
In dorsum lapsi corruit insipiens

¶ Carmen superius est quale vigesimũ genꝰ apud boetiũ dicolon distrophõ p̃mꝰ ꝟsus est asclepiadeus de quo in primo carminũ ho ratiũ diximus: Secundus est iambicus archilochius dimeter acatalecticus ⁊ constans locis imparibꝰ iambo vel spõdeo: paribus tamen iambo. Sequens carmen est elegiacum Utrunq; est in eos qui alieno casu admoniti non vitant pericula: in quos dicitur Eccle. j. Attende in illis ne forte cadas.



Instruo campanam vulpino pene sonoram
Et latum multa saccum distendo farina
Attentans populi perfringere murmur: & ora.
Instabilis vulgi de me mala multa loquentis

¶ Carmē est quale vigesimū primū gen9 apud boetiū: est enī hexametrū heroicū seu potius satyricū. Nā pedes quidē hz hexametri heroici sed qualitatē potius satyrici. Scribit in eos q̄ nimis solliciti de levi sentētia populi vix bn̄ facere audēt: cū tn̄ stultū sit magni curare q̄ evitari aut melius fieri non possunt: vt in sequētibus latius dicam. Ordo est. Ut dicat stultus ille qui in picturis est. Ego instruo .i. instituo ad sonandum: campanam .i. publicam famam: pene vulpino .i. cauda vulpis: vt modicum deme sonet. Et distendo .i. impleo vsq3 ad distentionem: saccum latum .i. capacem farina multa attentans perfringere murmur populi et ora vulgi instabilis: loquentis de me multa mala.

CVm recte viuas: ne cures verba malorum
Arbitrii nostri non est quid quisq loquatur
Nec decet a vulgo mercedem exposcere recte
Facti: si expectas a iudice premia summo.
Sed quia prescriptum est: sic lux tua luceat: vt sint
Qui facti authorem laudent patrem omnipotentem:
Deq bono curam sapiens vult nomine haberi
Atq augustinus decus haud imitabile cuiq
Vita vult sancta nobis opus esse saluti:
Nomine sed claro: comiti. socio. atq sodali.
Cum vita integra nomen seruabis honestum.
Non tamen ob famam: vitabis recte operari.

CUm recte viuas &c. Principiũ carminis notũ est. vtpote deprompttũ ex eo opusculo qd Catoni ascribit. Sententiã aũt paucis sic habe. Quis nõ debemus esse solliciti quid alij de nobis dicãt dũmodo recte egerimus, & deo placuerimus: Et qz nõ debemus bñ operari spe retributionis terrene vt faciunt hypocrite qui receperũt mercedem suã non debemus esse solliciti quid de nobis loquant hoies nec ac cumulare farra. i. varia respõsa ad eoꝝ ora obstruẽda: aut caudam vulpinam ad rumoris incerti sonũ impediendũ: vt faciũt qui campane p malleo vulpinã caudam imponunt. Uerũ qz saluator noster dixit Matthei. v. Sic luceat lux vestra corã hoibus vt videãt opera vestra bona: & glorificent patrem vestrum qui in celis est. Item qz dr Eccle. xiij. Curam habe de bono noie. Et quia diuus augustinus vitã bonam ait cõducere ad salutem nostrã: famã bonam ad salutẽ primi: ideo neq sic negligemus famã bonã vt simus alijs scandalo. neq sic festabimur vt alioꝝ detractione deterreamur a bono. Nemo eñ põt oibus placere. Sed ordinẽ psequamur qui talis est. Cũ tu viuas recte. i. fm legẽ dei. ne cures. i. noli curare vba maloꝝ: scz detractoꝝ qz nõ est nostri arbitrij. i. penes nos aut in arbitrio seu potestate nostra. quid quisq loquat: Uñ seneca. Si dicatur. male de te loquũtur hoies: Responde inquit. bñ loqui nesciunt: faciũt quod didicerunt nõ quod merui. Nec decet exposcere. i. requirere mercedem: facti recte. i. boni operis a vulgo. i. vili populo: si tu expectas premia a summo iudice: qui: scz videt secreta cordium. Sed qz prescriptum est. i. mandatum ab eo qui authoritatem legis condende habet. vtpote a christo. lux vestra luceat sic vt sint qui laudent authorem facti. s. boni: videlicet patrem omnipotentẽ. s. celestem. Et qz sapiens vult. Eccle. xli. curã haberi de noie bono. Atq augustinus exñs decus. s. doctoꝝ haud. i. nõ imitabile cuiq. i. aquouis viuentiũ: ait opus esse nobis saluti. i. ad salutem vita sancta: sed vult comiti. i. inferiori: & socio. i. equali in opere & sodali. i. socio mense esse opus noie claro: tu seruabis nomen honestum cum vita integra. tamen tu non vitabis operari recte. ob famam. s. seruandam.



Consilium ab iustis probus expetit
Consulta prudentum insequens.
Improbus infestis iaculis probum
Sectatur: a bono abstrahens.

¶ Carmen est q̃le vigesimũ scd̃m genus apd̃ boetiũ dicolon distrophõ. Prior v̾sꝰ est dactylicꝰ alcmanicꝰ tetrameter acatalecticꝰ. Cõstãs dactylo vel spõdeo ꝛ duobus dactylis. Seq̃ns est iãbicus archilochiꝰ dimeter acatalecticus. Constãs locis imparibus iãbo vel spõdeo paribus tm̃ iambo. Inuehitur in eos qui a bono quẽuis detrahunt: quales sunt impij: de quibus d̾. puer. xxix. Abhominãt impij eos qui in recta sunt via. Veruntñ non timebit iustus quia vt d̾. sap. x. Sapiẽtia custodiuit illũ ab inimicis: ꝛ a seductoribus tutauit illũ. Et ideo dicit̃ eiusdẽ q̃rto Videbunt finem sapientis ꝛ nõ intelligent quid cogitauerit de illo deus. Et ideo Nolite emulari in malignantibus ꝛc.

Fili sis sapiens: dictis parens sapientum
Quis te saxis turba prophana petat.
Stat iustis merces æterna corona: deusq;
Se dabit/iis/legem qui tenuere suam.
Impia turba suam sibi partem deputat istis
In mundi gazis lucifugisq; bonis.
Opprimit ergo inopem iustum: viduas. veteranos
Nil reputans frontem caniciemq; senum
Prosequiturq; dolo iustum: mala tanta vetantem:
Dissimilemq; sui mens mala ferre nequit.
Sic necat insontem gens cæca: sed omnia cernens
Mercedem facti reddit vtriq; deus.
Noli igitur pia facta malis auertere curis
Sed tu quando datur fac operere bonum.

Fili sis sapiens. Argumētum sumptū est ex libro puerbiorum. vbi sapiens cohortat sepe filiū ad sapientiā. Et ex libro sapientie cap. ij. vt sub ordine ostendā qui talis est. O fili sis sapiens: ⁊ parens. i. audiens aut obediens dictis. i. pceptis sapientū: quis turba prophana petat. i. obruat te saxis Corona eterna stat. i. parata est iustis merces. i. premiū laborum: ⁊ deus dabit se ijs qui tenuere legem suam. Turba impia deputat id ē constituit sibi partem in gazis: id est thesauris mundi ⁊ in bonis: scʒ oblectamentis lucifugis: id est lucem fugientibus: aut quia turpia sunt vt que in lustris ⁊ ganeis fieri solent: aut quia agnosci nolunt: vnde cap. ij. dicāt impij. venite fruamur bonis que sunt. Vbiq; relinquamus signa letitie quoniam hec est pars nostra: et hec est sors nostra. Opprimamus pauperem iustum: ⁊ non parcamus vidue nec veterano. nec reuereamur canos multi temporis ⁊c. Ergo quia in illis deputat partem suam. opprimit inopem: id est pauperem iustum ⁊ viduas ⁊ veteranos nil reputans: id est nihil estimans frontem: id est seueritatem ⁊ caniciem senum: aut distingue: frontem: scʒ pudicam viduarum ⁊ caniciem senum: id est veteranorum Prosequiturq; dolo iustum. dicens. Circūueniamus ergo iustum quoniam inutilis est nobis: ⁊ contrarius operibus nostris: ⁊ improperat nobis peccata legis Vn̄ addo: vetantē tāta mala ⁊ mala mēs nequit ferre: id est pati dissimilem sui. i. suis moribus. Sic: id est ⁊ ita gens ceca: quia execauit eos malitia eorum: necat insontem: id est innocentem. sed deus cernens omnia: reddit vtriq;. scʒ tam iusto ꝙ iniusto mercedem: id est retributionem facti. Unde additur. hec cogitauerunt ⁊ errauerunt: excecauit enim illos malitia eorum. Et nescierunt sacramenta dei. neq; mercedem sperauerunt iustitie.



Patenti vis traho quadrigas/
Peragrans florida prata
Fertur ad malum parare longum
Modicum læta voluptas.

¶ Carmen est quale .xiiij. genus apud boetiū dicolon distrophon. Primus v̄sus est trochaic⁹ alcmani⁹ dimeter catalectic⁹. ↄstans locis imparibus trocheo ꝛ quoq; dactylo: parib⁹ aūt dūtaxat trocheo. Scđs est pherecrati⁹: ↄstās anapesto dactylo ꝛ spōdeo. Scribit in eos qui neglecta via v̄tutis eo ꝙ ardua est latā que ad pditionē ducit: ꝛ per quā v̄m saluatorē nostrū: multi ambulant sectant. pn̄ti vꝫ voluptate illecti. Ut in sequēti carmine latius dicemus. Ordo hic est Ego inquit stultus ꝛ insipiēs ac improuidus: traho quadrigas .i. currus quaternis equis aut rotis agēdos: via patēti .i. lata ꝛ facili: peregrās .i. ptransiēs prata florida: At id ē sed voluptas leta modicū .i. ad modicū tpis: fertur .s. a doctorib⁹ sanctis .q.d. se id non credere: parare longum malum .s. in fine.


ittera pythagore discrimine secta bicorni
Humanæ vitæ speciem præferre videtur:
Nam via virtutis dextrum pedit ardua callem.
Difficilemq; aditum primum spectantibus offert
Sed requiem prebet fessis in vertice summo.
Molle ostendit iter: via lata: sed vltima meta
Præcipitat captos: voluitq; per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit ille sibi laudemq; decusq; parabit.
At qui desidiam luxumq; sequetur inertem
Dum fugit oppositos incauta mente labores
Turpis. inopsq; simul: miserabile transigit euum.


Ittera pythagore ⁊c. Carmen hoc totum est vergilianum de littera pythagore. i. quia pythagoras samius phũs: ⁊ primus philosophꝰ appellatus: quiq; philosophie italice author habetur dedictam docuit humanam vitam. Est autem y cuiꝰ inferior pars significat actꝰ communes vsq; ad annos discretionis: deide virgula prior que aspicienti dextra est ardue ascendit: sed in vertice requiem ⁊ sedem quietis prebet significans virtutem que primum quidem difficilis videtur: sed ad letum ducit exitum: posterior autem virgula facilem aditum prebet: sʒ ad precipitium ducit significans vias vicioꝝ ⁊ illecebrose vite: vt in expositiõe eiusdẽ carminis apd̃ vergiliũ ⁊ in siluis moralibꝰ late demõstramꝰ. Et hic satis cũ ordine aperiã. Ordo aũt est. Littera pythagore. s. y. nõ quã pythagoras inuenit: sed ꝑ quã vitã hoĩs descripsit: secta. i. diuisa discrimine. i. discerniculo aut differẽtia bicorni. i. in duo cornua diuisibili videtur preferre. i. signis õndere: speciẽ. i. apparẽtiam ⁊ imaginẽ vite hũane q̃ aut bonũ aut malum ingreditur post ãnos discretiõis iter Nã via virtutis exñs ardua. i. difficilis ascensu. petit callem. i. viam multis connixibus tritã dextrũ. i. in dextera parte q̃ pot est: sitũ: ⁊ offert. i. ꝑsentet spectãribꝰ ꝓ muñ. i. ỹs q̃ nũdũ q̃cq; boni egerũt. sed dũtaxat expectat ad virtutẽ aditũ. i. accessũ difficilẽ: q: oĩs inceptio boni difficultatẽ habere videtur: incipiendũ tñ est: q: vt flaccus dicit dimidiũ facti qui bñ cepit hʒ: sed ꝓbet fessis requiẽ. i. sedeʒ quietis in summo. i. altissimo vertice. i. summitate: vnde diuertẽdũ est. Uia lata que sm̃ euangelium ducit in ꝑditionẽ: aut via leua. i. sinistra ostendit. s. in ꝓncipio iter molle. i. ingressionem facilem: sed meta vltima precipitat. i. deorsum iacit capite antecedẽte: captos scilicet voluptate: ⁊ voluit. i. volutat eos per saxa ardua. Quisquis enim vicerit duros casus. i. aduersa huius mundi: amore virtutis parabit sibi laudem ⁊ decus: vt alibi dicam ex sententia catonis. At. i. sup. is qui sequetur desidiam. i. pigritiam: ⁊ luxum. i. luxuriam inertem. i. facientem inertes: dum fugit mente improuida labores oppositos transigit: euum. i. etatem: miserabile. i. abiectam: mente incauta. i. improuida existens simul turpis ⁊ inops. s. veri boni: ⁊ etiam huius mundi.



Qui pluris dubium facit venenum
Pręsentis vitę q̄ bona certa poli:
Is stultus trutinam regens iniquam
Iudicio iniusto taxat vtrunq; bonum.

¶ Carmen est quale quartū & vigesimū genus apud bōetium dicolon distrophos. Primus enī versus est dactylicus phaletius pentameter hendecasyllabus constans spondeo dactylo & tribus trocheis. Secūdus est pentameter elegiacus. Inuehitur in eos qui bona caduca pn̄tis seculi pluris faciūt eo q̄ in manibus sunt: q̄ futuri seculi vera & eterna bona: eo q̄ futura expectantur. Et ideo iniqua statera vtraq; pensitant & iniquo iudicio estimant: vt in sequenti latius dicā. Ordo est. Is qui facit. i. estimat pluris venenū. i. bonū voluptatis aut praue cupiditatis: quod vt dulce venenū per venas irrepit in aīam quam mox interficit: dubiū. i. incertum q̄diu possideat: q̄ bona certa poli. i. celitern̄s stultus taxat vtrūq; bonum iniusto iudicio regens. i. gubernans trutinā. i. stateram iniquam.

ELeuat in trutina stultus cęlestia censor
Et terrena facit sidere lance sua.
Scilicet in manibus pluris sit passer aduncis
Q̄ꝫ quę strimonio grus venit acta lacu.
O curue in terras animæ & cælestium inanes.
Quas capit illecebris tam breuis hora suis.
Transibit mundus: transibunt gaudia mundi
Transibit pariter quicquid in orbe viret.
Stat semper cælum: stant semper gaudia cæli:
Iis quibus æterni spes manet alma boni.
Spernite delitias tam fluxas: linquite terræ
Quæ terrena: domum querite perpetuam.

ELeuat ꝛc. Inuehit̃ in stultos verũ estimatores/quales sunt omnes auari. oẽs luxuriosi. oẽs superbi. deniq̃ꝫ oẽs pctõres qui auersi ab incõmutabili bono: ad cõmutabile. quodãmodo: qꝛ opere ipso plu ris faciũt terrena q̃ꝫ celestia: imo q̃ꝫ deũ ipsum. Alludo in pncipio ad illud persianũ satyra' j. nec siquid turbida roma Eleuet: accedas examẽq̃ꝫ improbũ in illa castiges trutina ꝛc. De his dꝛ psal. lxj. Mẽ daces filij hoim in stateris vt decip. ant ipsi de vanitate in idipsum Et illud euangelicũ. mar. viij. ꝛ mat. xvj. Quid pdest homini si mundũ vniuersuꝫ lucret: aie vero sue detrimentũ patiatur? Aut quam dabit hõ cõmutationem pro anima sua? Ordo est. Stultus censor. i. estimator ꝛ iudex: eleuat. i. tanq̃ꝫ minoris ponderis ꝛ valoris sursum leuat ꝛ ascendere facit: in trutina. i. statera sua: celestia scꝫ bona: ꝛ facit lance sua. i. in statera sua: terrena sidere. i. subsidere ꝛ ima petere: tanq̃ꝫ terrena pluris sint celestibus. Scꝫ. i. scire licet cur id videatur prudenter fa cere. quia passer. i. minima auicula est pluris. s. estimandus: in manibus aduncis . i. si teneatur ab auaro in manibus cõplicatis ne auolet: q̃ꝫ grus q̄ venit ꝛ ita fu tura est. acta. i. abacta frigore. lacu strimonio qui in thracia est. Qd̃ vulgato versi culo dꝛ. Plus valet in manibus passer q̃ꝫ sub dubio grus. O aie curue. i. incurua te: in terras. i. ad res terrenas: ꝛ inanes. i. expertes. celestiũ. s. bonoꝝ: quas tã bre uis hora. s. hui⁹ vite capit. i. irretit: suis illecebris. i. oblectamentis in fraudem illi cientibus. Mũdus trãsibit ꝛ gloria mundi ꝛc. i. concupiscentia eius transibit. Ce lum stat. i. permanet: ꝛ tñ dictũ est ipsi peribunt tu aũt permanes. Item celũ ꝛ ter ra transibunt. i. imutabũtur aut quantũ de se est periret. Et gaudia celi stant. i. pꝫ manent ꝛ parata sunt quib⁹ deus ea pparauit semper. i. ineternũ: qꝛ ꝛ regni eius non erit finis. stant dico ijs quibus manet. s. vsq̃ꝫ ad finẽ vite: alma. i. sancta: hoc ẽ sanctis operib⁹ adiuta: spes boni eterni. Et ideo o anime: spernite delitias tã flu xas. i. transitorias. Linquite terre. i. terrenis rebus que terrena sunt. ꝛ querite do mum perpetuam: que tantum in celis est.



Non vitans discrimen apertum
Ceu qui se demisit in ætnam
Siue in terræ iecit hiatum.
Is stultorum est naue vehendus.

¶ Carmē est q̄le penultimū genus hoc est quintū ⁊ vigesimū apđ boetiū, monocolon. Nā v̄sus est dactylicus archilochi⁹ tetrameter catalectic⁹: p̄mi duo pedes possunt esse dactyli vel spōdei: vt hic sunt: tertius tm̄ dactyl⁹ quart⁹ spōde⁹. Inuehit in temerarios ⁊ ꝓteruos spōtaneū ꝑiculū obeūtib⁹. de quib⁹ đr eccle. 3. Qui amat periculū ꝑibit in illo. Qualis erat ēpedocles de quo in sequēti carmie dicā ⁊ s̄m quosdā Marcus curti⁹ q̄ añ hiat⁹ terre erat rome ⁊ oppleri nequibat ⁊ cum ex oraculo cognitū erat eū dūtaxat re opplendū q̄ esset apđ romanos prestantissima: intelligēs equitē posci: se armatū cū equo in eū deiecit: atq̄ ita cōgestis in eū donariis hiatus obstruct⁹ est: cuius ausum forte patrie amor defendit.


Vi vitare negat manifesta pericula demens:
Si veluti merulis intentus decidit auceps
In puteū foueamqꝫ: licet succurrite longum
Clamet io ciues: non sit qui tollere curet.
Si curet quis opem ferre & demittere funem.
Qui scis an prudens huc se deiecerit: atqꝫ
Seruari nolit dicam: siculiqꝫ poetę
Narrabo interitum: deus immortalis haberi
Dum cupit empedocles: ardentem feruidus etnam
Insiluit: sit ius: liceatqꝫ perire volenti
Inuitum qui seruat idem facit occidenti.
Nec semel hoc fecit: nec si retractus erit iam
Fiet homo: & ponet famose mortis amorem.


Ui vitare negat ⁊c. Scribit in eos qui preuisa ⁊ cognita pericula ob inanem gloriā nō deuitant: quorū morbus insanabilis: nō secus ac malorū poetarū qui sepe admoniti sibi placent ⁊ in idem vitiū sciē-tes ⁊ videntes cadūt. In quos scͤpsit Horatiꝰ ad finem operis de ar-te poetica fere hanc partem: imo totā preter primū versum quē ille sic habet. hic dum sublimis versus ructat ⁊ errat. Nos aūt ad vsū nostrū paucissimis immutatis cōuertimus. Est aūt ordo ⁊ explana-tio talis. Si is q̄ existens demens negat. i. renuit vitare manifesta pericula deci-dit in puteū ⁊ foueā veluti auceps. i. auem captans sup. decidit exñs intentus me-rulis sup. capiēdis: licet ipe clamet longū. i. per longū tp̄s: io ciues. i. cōciues mei succurrite sup. mihi: nō sit. i. appareat: q̄ curet tollere. i. exigere ⁊ extrahere ipꝫ. Et si quis curet ferre opem. i. auxiliū: ⁊ demittere. i. deorsum mittere in puteū: vñ la-pides aut terra pinguis extracta est funem. i. chordā. Ego astans dicā qui. i. quō aut p̄ q̄d scis an ipse prudens. i. preuidens periculū. i. volens ⁊ sciens deiecerit se atqꝫ nolit seruari. i. saluꝰ fieri: ⁊ narrabo interitū poete seculi. s. empedoclis q̄ poe-ta ⁊ phūs fuit: qui cū dixisset se a diis assumendū in cōsortiū deorū: vt id suis p̄sua-deret ⁊ ita imortalem famā obtineret: acceptis calceis ferreis p̄fectꝰ est in ethnā montem sicilie p̄petuis fornacibꝰ ardentē: ⁊ se in cratera seu fornacem ardentissi-mū p̄iecit: relictis tñ calceis illis p̄ quos res cognita est. vñ narrando dicit poeta p̄ modū apologi. Empedocles dū cupit haberi. i. estimari ⁊ reputari deꝰ imo talis ipse feruidus. s. ad intentū suū: insiluit in ethnā ardentem. Sit ius. i. pro iure da-tum: ⁊ liceat volenti (Horatius habet poetis) perire. i. interire. Is q̄ seruat (vulgꝰ dicit saluat) inuitū. i. nolentem seruari: facit simile occidenti. i. ei q̄ aliquē occidit: aut q̄r eque vtriqꝫ molestus est: aut q̄r seruatus nō est amplius hō censendus si-cut nec occisus. Nec sup. Is q̄ se iecit in puteū fecit hoc semel. immo frequenter: nec si erit retractꝰ: fiet iam. i. deinceps homo ⁊ ponet. i. ⁊ nō deponet honorem mor-tis famose. i. insignis ⁊ secūdum errorem eius gloriose.



Cum faciam superis libamina: sint procul susurri:
Nec crepitent auium molę mihi: nec canum latratus:
Nec faciant crepidę murmur graue: nec negociator
Subdola nec meretrix commercia factitet sacello.

¶ Carmen est quale sextũ ꝛ vigesimũ quod est vltimũ genus apud boetium. Est enim monocolon cuius versus est dactylicus archilochius constans tetrametro bucolico. i. quattuoꝛ pedibus heroici carminis quoꝛum quartus semper est dactylus: ꝛ deinde tribus trocheis. Argumentũ est in eos qui rem diuinã interturbant In quos de immuni. eccle. c. decet. lib. vj. ꝛ. l. denunciamus. C. de his qui ad eccl. cõfu. Multa dicuntur inter que sunt hec. In sacrosanctis ecclesijs cũ pace ꝛ quiete vota competit celebrari. Decet enim domũ domini sanctitudo. Cessent in illis consilia: contiones: parlamenta. Cessent vana ꝛ multo foꝛtius feda ꝛ pꝛophana colloquia. Et postremo quecunqꝫ diuinum possunt turbare officium, aut oculos diuine maiestatis offendere.

Icite turgentes genere & natalibus altis
Maiorum haud proprio munere conspicui:
Cur sic turbatis domini clangoribus edem
Qui sonitu vacuam vultis habere domum?
Cur fertis crepitum nolarum auiumq; screatum
Pugnantumq; sonos in pia templa canum?
Aut cur rostratis pedibus: cum puluere murmur
Tollitis ad sacri flaminis auriculas?
Cur lasciuarum quæstus auditis ineptos
Quid ve prophana sacris edibus accipitis.
Omnia sancta decent edem domini. hæcq; dicata
Votis & præcibus: res vetat illicitas.

Icite turgentes. Inuehitur vt dixi in rei diuine obturbatores qui fere nobiles atq; generosi sunt: tales enim opibus freti ꝛ sanguine superbi. omnia sibi licere putant: ꝛ a nemine reprehendũtur. Ordo est. O vos turgentes. i. inflati ꝛ superbi: genere sup. alto ꝛ natalibus altis. i. nobilitate prosapie ꝛ steminatis cõspicui. i. clari ꝛ illustres munere. i. beneficio ꝛ preclaro facinore: maiorum. s. vestrorum: haud. i. non proprio. s. munere dicite: cur vos qui vultis habere domũ. s. priuatam vacuam sonitu turbatis edem domini. i. templum aut phanum: clangoribus scilicet tintinabulorum aut nolarum auium rapacium: cur fertis i pia templa strepitum nolarum: ꝛ screatum. i. garritum auium ꝛ sonos canum pugnantum. s. inter se? Aut cur tollitis. i. excitatis ad auriculas flaminis sacri. i. sacerdotis rẽ diuinã operantis: murmur. i. strepitum cum puluere. i. simul puluerem: ꝛ hoc pedibus rostratis. i. calceatis calceos oblonga rostra habentes: vt in alemannia ferunt: ꝛ olim in gallia: sed galli rostra ciconie in ora bouis mutauerunt. Cur auditis in templis ineptos questus. i. querelas lasciuarum. s. mulierum: ve pro vel. quid. i. ad quid accipitis. i. auditis edibus sacris. i. templis deo dicatis prophana. i. res illicitas procul a phano habendas: vt negocia turpia que nusq; licita sunt: ꝛ secularia que i tẽplis non sunt tractanda vt iam diximus. Omnia sancta decẽt idem domini dominus vt psal. xcij. Domum tuam decet sanctitudo domine: ꝛ hec scilicet edes domini dicata. i. destinata et consecrata: votis ꝛ precibus. Unde matthei. xxi. Domus mea domus orationis vocabitur. vetat. i. prohibet res illicitas que etiam alibi licerent vt sunt negocia mundana. vnde dominus Johannis. ij. Eiecit de templo oues ꝛ boues et cumulariorum effudit es: ꝛ mensas subuertit. Et his qui columbas vendebant dixit. Auferte ista hinc: ꝛ nolite facere domũ patris mei: domũ negociatiõis.



Post casum tabulę si mota lite parentes
Verceolos puero conspiciente: ruunt:
Illius elata iactabitur amphora dextra
Qua iugulum patris mox petet ęre carens.

¶ Carmē ē pētametrū elegiacū scriptū i eos q̄ pditis exēplis liberos suos corrūpunt. vt q̄ corā eis ludūt alea aut tabulis: ꝛ deiñ mota lite parua ꝛ fictilia vasa alter in alteri⁹ caput ꝓiciūt: nā liberi p vrceolis q̄ parua sūt vasa āphoras ꝓiciēt: ꝛ si p ludū pecuniā amiserūt iugulū pr̄is insidijs petent. Urceolos aūt eē pua vasa et amphoras magna ostendit flaccus in arte dicens. Amphora cepit institui currēte rota: cur vrceus exit. Plura de his in sequenti dicam. Ordo est. Si parentes. i. pater et mater ruūt. i. ꝓiciūt: vrceolos. i. modica vasa orta lite post casū seu iactū tabule ꝛ hoc puero conspiciente: amphora. i. vas magnū iactabit̄ dextra illi⁹. s. pueri: qua ip̄e mox. i. paulo post carens ere. i. pecunia petet iugulum. i. guttur patris.



I dãnosa senem iuuat alea: ludit & hęres
Bullatus: puoq; eadem! mouet arma fritillo
Abstineas igitur dãnis huiusce: etenim vel
Vna potens ratio est: ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti: quoniam dociles imitandis
Turpibus ac prauis omnes sumus: hac ratione
Nil dictu fœdum visuq; hæc limina tangat
Intra quæ puer est: procul hinc procul inde puelle
Lenonum: & cantus pernoctantis parasiti
Maxima debetur puero reuerentia: si quid
Turpe paras: nec tu pueri contempseris annos:
Sed peccaturo obsistat tibi paruulus: infans.

